De laudibus ſan ctiſſime matris Anne tractatꝰ perquaz vtilis domi Johãnis tritemij abbatis ſpanhemẽſis ordinis diui patris benedicti

H *15631

BIBLIOTEKA
VNIWERSYTECKA
W POZNANIV

Inc. 118

1389002

De laudibus ſan ctiſſime matris Anne tractatꝰ perquaꝫ vtilis domni Johãnis tritemij abbatis ſpanhemẽſis ordinis diui patris benedicti

H *15631

Johannis tritemij abbatis ſpanhemenſis de laudib⁹ ſanctiſſime matris Anne liber ornatiſſim⁹.

Exordiuz libri tractat de laudib⁹ ſancte Anne in gnāli	Ca. i.
Innocatio auctoris diuini auxilij ad deū et ſanctos	Ca. ij.
Exortatio ad omnes fideles vt ſanctam annam colant	iij.
Contra eos qui memoriam ſancte Anne lacerant	iiij.
Qꝛ deus ſanctā annā ab eterno in parentem elegerit	v.
Quam ſancta et deo grata ſemper extiterit vita eius	vi.
Qꝛ annā filiam ſuam ſine peccato conceperit	vij.
Quemadmodum mater anna filiam deo obtulerit	viij.
Qꝛ ſancta mater anna apud deum in magno ſit honore	ix
Qꝛ potens ſit noſtris miſerijs ſubuenire	x.
Qꝛ a nobis in maxima ſit reuerentia habenda	xi.
De celebratione feſti matris ſancte anne	xij.
Quibus exercitijs eam honorare debeamus	xiij
De multis miraculis ſancte Anne ſuccintim	xiiij.
De fraternitate matris ſancte anne	xv
Concluſio finalis cum exhortatione fraternitatis	xvi.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA * POZNAŃ
Inc. 118

Epiſtola domini Iohānis tritemij
abbatis Spanhemenſis in librum de laudibus ſanctiſſime anne.

Venerabili religioſiſſimoqꝫ patri. dño Rumuldo laupach Priori conuentus Franckfordenſis. ordis fratrum btē marie ſemꝑ v̄ginis de monte carmeli Iohannes de tritenhem abbas monaſterij ſancti Martini in ſpanhem ordinis diui patris Benedicti. ſalutem et charitatem Voto noſtro et tuis peticiōibus. optime pater. ſa-tiſfacere cupientes. librum de laudibus ſanctiſſime matris anne ſyncera deuotione conſcripſimus. quem tuo nomini dicamꝰ. quī ante alios nobis dignus viſus es. vtpote cultoꝛ maximus ama-toꝛqꝫ deuotiſſimꝰ eiuſdē venerabilis anne. De hiſtoria vō q̄ ſatꝭ vulgata eſt nihil aut parum aſſumpſimꝰ. qꝛ nobis et minꝰ ꝓbata viſa eſt. et in pleriſqꝫ locis apocrifa. Neqꝫ tamē redarguere illā voluimus. ne ſimplicibus occaſionem p̄beremus murmurandi ſi. vt ipſi. eſtimant. antiquitate ꝓbatam noua p̄ſumptione car-peremus. Dimiſimus ergo intactā hiſtoriam et que apertiſſima fide. veritate ac ratione nota fuerant ex dono dei ad honorē ſctē matris anne cōtulimꝰ. Miracula quoqꝫ ſancte anne ab hoc vo-lumine reiecimꝰ. ne viris eruditis. qui his nō facile adhibēt fidē tractatum noſtrū ſuſpectum redderemꝰ. Alio itaqꝫ tp̄e ſi voles de illis texetur hiſtoria. In quibuſcunqꝫ te heſitare contigerit. reſcribere. promptos inuenies nos qui tibi et oīibus de ſingu-lis que ſcripſimus rationem demōſtremus. Poſt finē huiꝰ opis quedam carmina de laudibus ſancte matris adiunximus. que nobis a diuerſis eruditis viris ſūt transmiſſa Vale. Ex ſpanhem kalendis Iulias. Anno.

Incipit tractatus domini Johan
nis tritemij abbatis ſpanhemenſis ordinis ſctī benedicti. de lau
dibus venerabilis et beatiſſime matris dei genitricis Anne.

Oti ꝓpellit neceſſitas. et mentis perurget deuotio
vt laudes beatiſſime matris dei genitricis Anne
pro viribus ingenij ad edificacionē fideliū ſcribā.
et quanta miſeris pietate ſubuenire conſueuerit.
veraci narratione denunciem. Sed cū pauptatem
ingenij mei conſidero. impurus de ſanctiſſima loqui ꝑtimeſco.
Quanta enī laude digna ſit. que dei genitricē peperit. quis ſermo
explicabit. Volo itaqꝫ aliquid ad honorem tāte matris cudere
et timeo: quia quicquid dixero laudibꝰ eiꝰ minꝰ eſt: quicqd ſcrip
ſero rei maieſtate ꝓcul inferius eſt Enīuero cuꝫ illius in miſeros
beneficia ad memoriā reuoco: tacere a laudibus eius etiā ſi volo
non poſſum Hinc pietas maxima votū ꝓmeruit: deuotionē ex-
citauit: requirit honoris exhibitionē. Deuota quoqꝫ (ne dicaꝫ
importuna) peticio amicoꝝ me non minus vt auderē impulit: de
quoꝝ fide et oꝛone noſtra infirmitas fiduciā accepit. Quamuis
igitur me peccatorē nouerim: quāuis regine celi ſanctiſſimā pa-
rentem digne laudare nō ſufficiā: nequaqꝫ tamen a ꝓpoſito lau
dis debeo recedere. ne ingratitudinis vicium videar incurriſſe.
Conabor pro deuotione mea qd valeo. qꝛ nemo quod non poteſt
a deo exigitur. nemo apud ineternū iudicē bone voluntatis va-
cuus iudicatur. Laudabo igiť hō deā. famulus dn̄am. peccator
ſāctiſſimā. Neqꝫ enī a laude dei peccatores cohibuit. ꝗ in pſal.
dixit: Laudate dn̄m oēs gentes. laudate eū oīes populi Enim-
uero dum gentes ad laudem dn̄i excitat. quid aliud quā peccato
res vocat. Erant enī longe a iuſticia quia non deuꝫ. ſed ydola co
lebant. Nemo ergo tacere a laudibus dei ꝑmittitur. quādo etiā
gentes ydolatre ad penitentiā vocanť. Laudent ergo dn̄m oēs
qui miſericordiam eius percipiunt. laudant omnes qui in carne
viuunt. quia ipſe eſt qui omnes nos condidit. ipſe qui vitā dedit
laudet iuſtus ſimul et peccator. ille ꝙ miſericordia dn̄i ne cade-
ret ſeruatꝰ eſt. iſte quia etiā poſt lapſū ne ineternū periret erectꝰ
Et ſi nō ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris. neminē tamen a lau-
dibus dei excuſat rea conſcientia. cū ad penitēciā eius miſericor-
dia omnes reſeruentur. Ferat iuſtus laudem: peccator confeſſio
neꝫ. Laudet ille quoniā gratia ꝑſeruāte fortiter ſtetit. ꝯfiteatur
iſte ꝙ miſericordia ſubſequēte ſurrexit. Lauda aīa mea dominū
laudabo deū meū in vita mea: pſallā dn̄o quādiu fuero Aperiam
os meū ad confitendum dn̄o. mentē pariter aptabo et calamuꝫ et-

laudes beatiſſime matris anne qua poſſum deuotione cantabo.
Nam ſi deum generaliter in ſanctis ſuis laudare p̄cipimur. pa-
rentes eius ſine dubio ſpecialius honorare perſuademur. Qui
eñi nobis parentes noſtros honorare p̄cepit. ſuos ſcd̄m carnem
minime excludit. Sanctū eſt ergo fratres chariſſimi ſedulas il-
lis deuotionis laudes impendere. de quoꝝ ſanguine carnē dei fi-
liū credimus ſumpſiſſe Inter quos beatiſſima dei genitrix iure
obtinet principatum. cuius tanta ſunt merita ſanctitatis. vt ſup
choros angeloꝝ exaltata ſit in celis. Poſt eā ſctiſſima illi⁹ mater
Anna de qua loqui inſtituim⁹ ſicut carne dei filio eſt ꝓxima. ita
virtutū meritis p̄ ſanctis ceteris creditur accepta. Nec de ſan-
ctitate eius nobis liceat dubitare. quā ſine origenalis culpe ma-
cula dei matrē credim⁹ pepiſſe Non eñi potuit tante v̄ginis mr̄
eſſe niſi ſancta. per cui⁹ partū virgineū. ſumſimus eterne ſalutis
remedia. Anna radix ſancta. maria v̄go arbor ſanctiſſima. fru-
ctus dei filius animaꝝ medicina. Arbor bona. arbor ſancta. ar-
bor ſine humana cultura fecūdiſſima. que de ſancta radice ſūp-
ſit exordium. de pinguedine celeſtis pluuie incrementū. Nūquā
bona radix malā arborē ꝓcreat. nunq̄ȝ malos fruct⁹ arbor bona
portat. Non pōt ſine radice arbor bona conſiſtere. nec fructum
bonū. niſi bona ferre. Sicut arbor ex ſuo fructu cognoſcitur. ita
qualis ſit mater in filia declarat̄. In dei genitrice ſanctiſſima ac-
cipimus. quid de ſanctitate matrꝭ ſentire debeam⁹. Sine crimīe
originalis macule partus. non decebat matrem niſi ſanctaȝ. dei
genitricem concipere et parere. non congruebat niſi deo gratiſ-
ſimā. et p̄cunctis tunc in iſrahel viuentibus deuotaȝ. nā q̄ deum
ſuper om̄ia dilexerat prima filie inſtitutio oſtendit. Commodata
dn̄o infantula legitur. in templo deo ſeruiſſe memorat̄. ſine om̄i
culpa concepta ſemꝑq̄ȝ ſancta vixiſſe in mūdo credit̄. Quid am-
plius requiris. nunq̄d non ſufficit ad matris declaranda merita
tā excellens ab infantia filie vita. Si anna nō fuiſſet ſanctiſſima
filiā tam diligenter et deuote ad dei honorem nunq̄ȝ inſtituiſſet
Quales matres. tales et earum filias nouimus inſtitutas. Sed
beatiſſima mater anna ſicut merito et ſanctitate cunctis mulieri-
bus preeminet. ita filiam ſuam a iuuentute pre omnibus ſanctis
ad dei amorem diligentius inſtituere curabat. Si ergo dei filium
diligim⁹. ſi puriſſimā eius genitricē honoram⁹. cur a laude auie
ſanctiſſime et matris anne tepidi ſilemus. Si honorē ſummi re-
gis querimus. cur parentes eius nō amam⁹. Qui progeniē im-
peratoris deſpicit. regi iniuriam facit. Si omnium imperatorem
ihesum chriſtum diligimus. ſi maieſtatem eius diuinā formida-
mus. dignum eſt vt auiam eius venerabilem honoremꝰ. de cuius

nate vtero ſine viri ſemine illum ꝓceſſiſſe abſq̃ dubio credimus
Quicquid laudis eius veneratiōi impēdimꝰ. ad ſummi regis ho
norē ꝑtinere firmiter credamꝰ. Ad honorē ſctiſſime matris anne
omēs fideles concurrite. laudes altiſſimo dn̄o in memoriam eius
ꝑſoluite. ob illius reuerentiā religioſa deuotione iubilate. qui be
neficia illius plura expertus ſum. promptam in omni tribula-
tione aduocatam habebitis. ſi memoriam eius fideli deuotione
celebratis. Ab om̄ibus ergo colenda eſt. cuius meritis dei filius
omnia ad nutum eius concedit. cuius honorabile nomen curia
ſupernoꝝ ciuium maxima reuerentia honorat. quaꝫ regina celi
dei mater vt dulciſſimam parentem obſeruat. Quicunq̃ illam
in patronā elegerit. quicunq̃ in ſeruitio eius deuotus perſeue-
rauerit. hic et ineternum ſaluus erit. Omnia em̄ que dei filiꝰ per
dilectam genitricē ſuam mortalibus beneficia ſolet concedere.
meritis auie non poteſt denegare. immo maiora interdū ꝑ eam
condonat. vt nos ad memoriam eius. diu neglectam. quaſi mu-
neribus inducat. Neq̃ ſuos parentes dei filius vnquaꝫ poteſt
deſpicere. qui alienos tam ſerioſe nobis p̄cepit honorare

Inuocatio auctoris ad deū et ſan
ctā annā om̄eſq̃ ſuperos vt graciā ſcribendi ferant. Ca. ij.

Deus lumen verū. qui illuminas omnē hominē ve-
nientē in hunc mundū. deus qui iuſtificas impium
et peccatores vocas ad penitentiā. deus qui das ſa
pientiā puulis. et linguas balbucientiū facis diſer-
tas. da mihi obſecro pctoꝝ meorum veniam. da laudis tue ſa-
pientiam. da lumen per qđ te intelligam. cognoſcā. et diligā. atꝫ
ita beatiſſime anne vincar amore. vt laudes eius digne ꝯplectar
in ope. Deus qui ſicienti populo in deſerto aquaꝫ de petra duriſ
ſima produxiſti. duriciē cordis mei mollifica. vt te in ſanctꝭ tuis
in auia filij tui. in parentibus vnici tui cū tanta deuotione mētꝭ
laudare valeam. quatinus te miſerante. et illa intercedente non
ſolum mihi. ſed om̄ibus quoq̃ qui hanc lucubraciunculam no-
ſtram legerit ad deuotionē ꝓficiat. Deus qui os beſtie aperuiſti
Vt contra inſipienteꝫ verba proferret humana. ariditatē lingue
mee gracie tue infuſione clementer irriga. manuꝫ tremulam ſpi
ritu ſancto corrobora. vt de ſanctiſſima Anna. non ſcribam niſi
recta. non perſuadeam niſi ſancta. non proferam niſi condigna
Da mihi queſo omnipotens ſempiterne deus in hoc ope celeſtis
gratie auxilium. qui vt vellem donaſti inſtitutum. Ego em̄ ſum
vermis et non homo. miſer et infelix venundatus ſub peccato.

qui non ſum dignus faciem meam leuare ad celos: pre multitu-
dine iniquitatis mee. quanto minus anne beatiſſime laudes im-
puris labris audeam contingere. Gratia autez tua ſum id quod
ſum. et totuz qd boni volo et poſſū. Tu enim domine voluntatē
vt bona velit et bona ſit. per graciam tuam illuminas. tu etiam
es qui nobis operari pro bona voluntate preſtas. In omnibus
voluntatem noſtram preuenientem gratiam tuam agnoſcimus
tua in bonis que volumus et facimus. ſine noſtris meritis dona
predicamus. Nihil a nobis. niſi malum. nihil a te prouenit niſi
bonum. Cum ergo nihil poſſim boni a memetipſo ſine gracia
tua. ad te deuotus confugio. te humili ſubiectione interpello. vt
quod merita mea p̄pediunt. gratie tue dono clemens largiaris
Da mihi domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam. vt me-
cum ſit. et mecuz laboret omni tempore. et in hoc potiſſimū ope
in quo exiguis viribꝰ nomen tuum in ſancta matre anna laudare
conſtitui Tu etiā anna mater ſanctiſſima de cuius memoria agit̄.
tu mihi ſolita benignitate adeſſe digneris. vt ad laudes tuas de-
ſcribendas idoneus efficiar. et meritis tuis ſerophantes fidelis
inueniar Domina mea. ſpes mea. aduocata mea. in omni tribu-
latione. laudare te cupienti nunc clemens adeſto. et q̄ voluntatē
ad ſcribendum multiplici beneficio prouocaſti. impetra meritis
tuis facultatem ingenio pauperi. vt digne te laudare ſufficiat.
Nihil niſi tuum honorem quero. Nihil niſi tibi complacere.
deſidero. non niſi recta et vera de tuis laudibus ſcribere intendo
Hinc oro fer opem. da manuz auxilij. impetra gratiaz. Tu etiaz
dei genitrix immaculata. que annam venerabilē matrez tuam fa-
mulos tuos honorare docuiſti. adeſto mihi laudes eiꝰ deſcribere
cupienti meritis tuis. vt deuotio famuli tui debitum ſorciat̄ effe-
ctum in opere. quem gratia dei concepit in mente. Vos quoqꝫ
celeſtꝫ patrie beati ſpūs qui in ſacratiſſimo matris ꝛ filie v̄ginis
fructu domino noſtro hieſu chriſto exultatis. veſtris orationibꝰ
dignum me anne laudatorem reddite. et ſancti ſpiritus gratiam
mihi impetrate. Si matrem et filiam in celeſti gaudio colitis.
dignum eſt vt laudatoribus earum in hac peregrinatione aſſiſ-
tatis. Vos etiam beatiſſime Anne deuoti cultores noſtris pijs
ſtudijs nolite detrahere. ſed ſi in aliquibus ex infirmitate defeci-
mus per charitatem excuſate. Nihil per contentionem ſiue in-
anem gloriam a me ſcribitur. Nihil apocriphe dubietatis alle-
gatur. nihil niſi probatum aſſumitur. Nihil recipio quod diui-
nis inſtitutis obuiet. Nihil ſcribo quod fidem chriſtianam ma-
culet. Nihil introduco quod ſanctis moribus non concordet

non ergo mihi doctior te anna laudanti detrahat. nō mihi equalis deroget. non mihi inferior inſultet. Vincit quod verum eſt. nec deficit qd̄ a vero ꝓcedit. nemo me de ſanctiſſima ſcribentem ꝓpter me contemnendum exiſtimet. nemo deuotionem meā conuexet. nemo contra laudes diue matris anne ſuſurret. Canū latratus nō metuo. imperitoꝝ cenſuras non timeo. inuidie faces non horreſco. Scribo eñ deuotis. non improbis. ſtudioſis non ignaris. hūilibus nō ſupbis. Placeat illis pn̄s opus quibus ſcribitur. proficiat quibus offertur. cōducat quib⁹ exhibetur. Quid mihi de his q̄ foris ſūt. Quid ad me qui nō recta ſapiūt. Quid mihi de ſancta preter rationem corrodūt. Illis diſplicere non timeo. quoꝝ cenſuras et iudicia temeraria cognoſco

Generalis ad omnes fideles exhortatio. vt memoriā et feſtū venerent̄ ſctiſſime anne. Ca. iij.

Udite me qui diligitis quod bonū eſt: et queritis dominū. Legatione fungor. deuotione ducor. charitate impellor Mater genitricis dei miſit me. vt p̄dicē ſanctiſſima merita ſua. Et nūc venio ad vos nō in alto ſ̄mone. ſed ſimplex ad ſimplices. deuotus ad deuotos Si chriſtiani eſtis. ſi boni eſtis. ſi graciā dn̄ice incarnationis diligitis. cur miniſtros eius id eſt parentes non amatis. Ipſi eñ ſunt de quib⁹ dei filius ſcd̄m carnem natus eſt. quoꝝ conuerſatio ſi non extitiſſet ſanctiſſima. nequaq̄ꝫ deo fuiſſet tam accepta. Sed cum filiū ſuū vnigenitum de ipſis naſci voluit. ꝙ ſancti ſibiqꝫ grati fuerint. aperte demonſtrauit Ex his vna pre om̄ibus deo gratiſſima. m̄r vnici patris electa ſp̄ virgo maria emicuit. quam vxor Joachim anna beatiſſima ſine macula peperit. et in timore domini caſtiſſime educauit. Huius ſacratiſſime virginis filius deus eſt. qui ſua nos paſſione ſanctiſſima redemit. Si filiam diligitis. quare matrem eius non colitis. Niſi fuiſſet mater. filiam non haberetis. Ad vos ergo nunc meus ſermo dirigitur qui vallem lachrimarum incolitis. vos alloquor o filij adam qui a patria exulat̄ vobis ſcribo q̄ p̄cioſo ſāguine dei filij redempti eſtis. Vos alloquor. vos admoneo et exhortor. vt ſi dei filium diligitis. cognatos eius ſecundum carnem deuote honoretis. E quibus poſt eius ſanctiſſimam genitricem diua mater anna prima omnium vobis honoranda proponitur. cuius ſancta merita humano generi per multa miracula quottidie demonſtrantur. Eam vobis in patronam aſſumite. eius memoriam deuotius celebrate.

ſi ſūmo gubernatori deo vultis cōplacere Credite mihi fratres quoniā vera dicturus ſum. ſi venerabilem matrē ex toto corde diligitis et colitis. quantū ei deferat celeſtis imperator experien-tia cognoſcetis. Tante apud deū poteſtatꝫ eſt. vt quicquid ab eo pecierit. ſine mora valeat obtinere. Quemadmodū rex celi geni-tricē ſuā pre omnibus honorare credit: ita poſt illam pre cunctis ſanctis matrem annā veneratur. Et plerūqꝫ anna fidelib9 ſuis impetrat: quod filia negat: nō quo illa poſtulata neſciat ꝯcedere ſed vt matri deferens. nos ad ei9 veneratione videat prouocare Sic quoqꝫ ſumm9 imperator ſanctoꝝ precib9 ad miſericordiam flectitur: nō quo incipiat velle quod antea noluit. ſed vt electis ſuis deferens nos ad honorē eoꝝ inſtrueret. Neqꝫ enī humano more deus flectitur. nec ad iram ex ꝑturbatiōe vnquā mouetur ſed ſemper ſtabilis vult quod vult. et dum ꝓcibus ſanctorū mi-ſericordiam exhibet. non conſiliū mutat. ſed mitigat ſententiā Ad impetrandā itaqꝫ dei miſericordiā qꝛ merita noſtra non ſuffi-ciunt. ſanctoꝝ nobis ſuffragia implorāda ſūt. vt qđ noſtris me-ritis non poſſumus. eoꝝ ꝓcibus ꝯſequamur. Omēs aūt celeſtis patrie ciues etſi pro meritoꝝ qualitate ſint diſſimiles. tamen ad ſubueniendum miſeris noſtris pro varietate ſupplicantium ſi deuotio expoſtulet. actu et volūtate credūt eſſe ꝯcordes. quia dum fides poſtulantis aduocati iuuat. meritū ad impetrandum reddit duplicatum. Hec aūt nō coniectura ſed experientia aſſe-quimur. dū vnū exaudiri alium contemni a ſanctis admiramur Ad ſancti alicuius meritum duo ceci ſupplicaturi accedūt vnus illumiāť. alter in cecitate ſua relinquiť Contempt9 ſancti nullus ad eſſe creditur. ſed diffidentia ſupplicantis arguitur. Sine fide nihil meretur deuotio. Conſideratione certa iſta premiſerim. vt ſi quiſqꝫ annā beatiſſimā non tanta promptitudine qua ꝓmittim9 ſibi ad eſſe ſenſerit. non mendaci nos arguat. ſed ſuā diffidentiā culpabilē agnoſcat. Fiducia enī maxīa eſt apud deum et ſanctos conſtans in ope fides. Amplius autē eos poſſe apud deū. qui ſūt meritis excellentiores. nemo criſtianus qui dubitet. Beatiſſima igitur dei genitrix ſemper virgo maria. ſicut meritis et ſanctitate omnibus ſanctis pre eminet. ita poteſtate et maieſtate vtpote re-gina celi vniuerſos iure creditur excellere. Ad eius dexteram. vt ita dixerim. beatiſſimā matrem annam aſtare cōfidimus. cuius vitā extitiſſe ſanctiſſimā non ignoramus. Non erat ea in iſrahel ſanctior altera. q̄ in conceptiōe dei genitricis ſpiritui ſancto vas ſine macula ꝯſtruxit. Deniqꝫ ſi helizabet mater precurſoris dn̄i ſpiritu ſancto et ineffabili gaudio repleta crediť. quantam decue rit ſanctiſſimā dei parentis genitricē exultacio. gaudiū et gratia cogitetur. Quantum differt rex a milite. tantū ſuo modo anne

merita donis helizabet iure ꝓferuntur Sancta helizabet peperit
militē. anna dei genitricē Nō eſt ꝯpatio. vbi nulla eſt ſimilitudo
Si elizabet gracia plena fuit ꝓpter iohannē. multomagis grām
conſecutam credo annam ꝓpter mariā erat Anna priuſq̄ꝫ conci-
peret matrem dei ſancta. in conceptione tamē peramplius ſan-
ctificata. quoniam tabernaculum illius effici meruit. que ſuper
oēs creaturas grā plena fuit Capſā vł archā in qua ſctōꝝ cō-
dunt̄ pignora ſanctificataꝫ et honorabilē dicimus. quantomagis
venerabilem annam in qua dei mater ſine macula iacuit hono-
ratam ſanctificatamq̄ꝫ venerari debemus Vere ſancta. que illā
ſine culpa originalis macule peperit. qua nulla ſanctior vnquaꝫ
fuit Vere ſancta que in matrē dei genitricis prius fuit electa q̄ꝫ
nata O nunq̄ꝫ ſine honore nomīandus vterus. in quo archa dei
ſine macula meruit fabricari Beatꝰ venter qui celi dominā por-
tauit. felicia vbera q̄ lactare matrē dei meruerūt. Currite gētes
vndiq̄ꝫ, et de meritꝫ tāte patrone ſuſcipite bn̄dictionē Enīuero
ſi deuotio ſancta fideliū in eaꝫ feratur. credimus q̄ oīpotēs deꝰ
magna mortalibus donaturus ſit mūera. et nō minora q̄ꝫ p filiaꝫ
dare conſueuit Vos itaq̄ꝫ o fideles populi. qui filiā ſctē anne dei
matrē creditis. qui ſub vmbra ſanctitatis vtriuſq̄ꝫ requieſcitis
ſi in amore dei cupitis ꝓficere, ſi ad celeſtem patriā vultis ꝑue-
nire. memoriam ſanctiſſime matris nolite negligere. Ipſa enim
poſt reginā in aula celeſtis imperatoris potentiſſima eſt, quia de
eius ſanguine dei filius carnē aſſumpſit ex virgine. De quacūq̄ꝫ
tribulatione ad eam clamaueritis. auxilium inuenietis. Omnia
ſufficit vobis cōcedere. q̄ vos poteritis in fide poſtulare. Lang-
uidos ſanat, crimina purgat, corda meſtoꝝ ſancta exultatione
letificat, triſtia ſedat, aſpera planat, demonū fantaſmata fugat.
Sicut glacies ab igne reſoluitur ſic a meritꝫ ſanctiſſime matris
anne. antiquitus hoſtis fugiens ꝓturbat. Anna pietatis archa
dedecus fugat. famā pulchrā ꝯſeruat. amorem turpem a menti-
bus ſuoꝝ fidelium mirabiliter eliminat. Annam igitur colite. q̄
mundi huius erūnoſā vitā exercetis Anna peccatoribus veniaꝫ
impetrat. vicia extirpat. virtutes plantat. Anna morbos curat
vulnera ſanat. peſtilentiam exterminat. Hanc ergo matrem co-
lite o filij. que potens eſt vos introducere ad conſpectū dei. quā
qui aduocatam apud deuꝫ habuerit. aduerſa huiꝰ mundi nulla
formidabit. Quiſquis igitur tranquillam et ſanctā in terris vi-
tam agere deſiderat, quiſquis veniam pctōꝝ ſuorum effagitat. a
ſeruitio huius ſanctiſſime matris nunq̄ꝫ diſcedat. Ipſa enī ſuos
cultores etiam in hac vita multipliciter remunerat, et perſeuerā-
tibus eis eterna dona parat. Junior fui quā ſuꝫ. et nunq̄ꝫ vidi fa-

multum ſancte anne deuotum a deo derelictum. neqꝫ famam eius
turpi obprobrio maculatã. Proinde cõmoueo vos o viri erudi-
tione et ſcientia lr̄arũ inſignes. deuotionem ſimplicium nõ ſper-
nere. cultū ſanctiſſime matris anne quaſi nouũ reꝑhendere. ſed
potius pro poſſe imitari. Neqꝫ eñ vt iſta dicerem. fruſtra ꝑ ſua-
ſus ſum. Sunt nanqꝫ inter vos. quod pace bonoꝝ dixerim. qui
typo ſuperbie inflati omnia deuotionis ſimplicium exercicia de-
ſpiciunt. ſctõꝝ miracula et exempla vel ut deliramẽta ↄtẽnunt.
nihilqꝫ ſanctũ admittendũ exiſtimãt. quod philozophoꝝ argu-
mentis non ꝓbant Reuelationes omẽs a deo deuotis homĩbus
oſtenſas mendacia. vel ſomnia mulierum reputãt. legendas ſan-
ctorum fabulas appellant. et dum eruditionem ſuam temere p̄-
dicant. magna dei opera impudenter oppugnant. Tractatus
quoqꝫ ſanctorum patrum et deuotorum hominum. qꝛ tullianã
pro ſe non ferunt eloquẽtiam tanqꝫ eruditione carentes abijciũt
et celeſtis eruditionis verba ꝓpter eruditionẽ ſimpliciũ ↄtẽnunt
O ſtulti et ſubuerſores. quare voſmetipſos decipitis. Cur chri-
ſtiani cum ſitis. ſimplicitatem eccleſiaſticã contemnitis. Gratia
dei non in eloquentia cognoſcitur. ſed in ſimplicitate ſancta ac-
quirit̃. In extremo dei iudicio non requiret̃ a vobis quintilian9
eloquentia. ſed chriſtiana vita. Non remũeratur a deo ornatus
ſermo. ſed humilis deuotio. Ibi ceſſabunt argumenta ſophiſtica
vbi ſecreta cordium erunt manifeſta. Tunc ſimplices deuoti
apparebunt in gloria. et docti ſuperbi in pena. Ecce ſurgunt in-
docti ſimplices. et regnū dei in ſua ſimplicitate deuota accipiũt
et vos cum doctrinis veſtris. in ſuperbia et elatione ad infernũ
deſcenditis. Vobis ſufficere creditis famam eruditiõis veſtre.
qua veterum exemplo apud poſteritatem immortalitatem no-
minis acquiratis. Sed eſto fiat quod queritis. nomen veſtrum
et fama in mundo q̄diu ſteterit cum laude predicetur. quid vo-
bis proderit. Vere ſtulta ↄſolatio. ſi lauderis vbi nunqꝫ eris. et
torquearis. vbi ſemper ſine fine manebis. Moneo itaqꝫ et con-
ſulo. deponite ſupciliũ. pellite inſaniam. timorem abicite. vt in-
ferni tormẽta poſſitis euadere Deus eñ ſupbis reſiſtit. nõ erudi-
tionẽ ſed hũilẽ deuotionẽ attẽdit. remũerat nõ verba ſed opera.
non ſcientiam ſed vitã. nõ doctrinã ſed conſcientiã. Quinpotius
mutate ꝓpoſitũ. et deuotionẽ ſimpliciũ nolite deſpicere. ſed imi-
tari. Domũ dei non intelligit. niſi qui accipit. Quod ergo nõ in-
telligitis. qua temeritate laceratis. Non includitur ſub ratione
phi. donũ dei. Rara eſt in eruditis deuotio. quia dũ in ꝓfũditate
ſue cõquiſite doctrine ↄfidũt. a ſimplici deuotiõe longi9 recedunt

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu

Gracia eñ dei nō bene accipitur. quādo humana curioſitate diſ-
cutitur. Dum ſapor in ſermone queritur. interior dulcedo amit-
titur Spūſſanctus elatam deſpicit manſionē. Temeraria igitur
ora obſtruite. male diſertas linguas cohibete. et nolite contra do-
minū loqui mendaciū. deuotionē nolite lacerare ſimpliciū. ne vo-
bis graue reputet̄ in ſcandalū. Hec me dicentem nemo hoſtem
bonaꝝ artiū exiſtimet. nemo eruditoꝝ calūniatorē credat. quip-
pe qui lr̄as ſemꝑ colui et dilexi. viros eruditos ſemꝑ honorare
conſueui. et vſqꝫ ad odiū et perſequtionē imperitoꝝ nonnunqꝫ̄
defenſaui. Sed vt caueant qui ſibi docti videntur in oculis ſuis.
ne ſimpliciuꝫ deuotionem contēnentes. a reuerentia ſancte anne
crederent reuocandos. Siqui vero tales futuri ſunt. eruditum
in eorum numero crediderim neminē cum vera eruditio deuoti-
onem iuuare conſueuerit non reprehendere. Multi quoqꝫ do-
ctiſſimi viri hodie ſuꝑſtites ingenia ſua verſu et proſa magnifice
exercitantes: diue anne meritis dedicarunt

Contra illos qui feſtum et memoriam ſctē Anne lacerāt et deſpiciūt et impugnāt Cap̄. iiij.

Oditu ꝑcipe tu quiſquis es. qui feſtiuā ſacroſctē
matris Anne memoriam vituperas. qui honorem
eiꝰ impia loquacitate impugnas. qui cultores eiꝰ
temeraria preſumptiōe blaſphemas. Quid tibi diſ-
plicet in matre ſanctiſſima dei genitricis. Nunquid de meritis
eius dubitas. Nunquid de generem probas. Sancta eſt. deo di-
lecta eſt. Stulte et inſipiens qui bonū in ſeruis dei qd̄ imitari de-
bueras culpas. qui ſanctis debitum honorem ſubtrahis. qui cul-
tores beatiſſime anne ſine cauſa perſequeris Improperas eñ et
dicis Cur noua feſta aſſumitis. qui antiqua non celebratis Audi
ꝑphane. Nunquid feſtum ſancte Anne tibi nouū videtur. qd̄ ex
veterū monimentis antiquiſſimū comprobatur. Si nouuꝫ eſt.
quomō ſancti patres illud antiquitus celebrare potuerūt. No-
uuꝫ non eſt. in cuius honore ſanctus Auguſtinus ante mille an-
nos elegantem fertur cōpoſuiſſe ſermonē. Nouū eſſe nō poterit
de quo antiquiſſima carmina extant Aut queadmoduꝫ nouum
eſſe poterit. cuius aureuꝫ. nomen antiquiſſimis kalendariis re-
peritur inſertum. Sed tibi et nouū et rarum eſt. qui memoriam
eius nunqꝫ̄ celebraſti. Neqꝫ eñ noua eſſe poteſt beatiſſime ma-
tris anne memoria. cuius domus in qua habitare antiquitus cō-
ſueuerat. non lōge poſt paſſionē dn̄i in eccleſiam ſub eius nomine
legitur conſecrata. Prope lugdunū monaſterium nr̄i ordinis in
inſula barbara eſt. vbi in capella quadā vetuſtiſſima corpꝰ bea-

tiſſime matris anne cum multa reuerentia populi quieſcit. quaꝫ ſanctus longinus miles chriſti primum fundaſſe dicitur. et pre‑cioſiſſimas illas reliquias ab hieroſolima ſecuꝫ deferens in eadē collocaſſe. Huius rei in dicto cenobio antiquiſſima monimenta reperiuntur. Iſta ne tibi noua videntur. Ceſſa igitur feſto ſanc‑tiſſime matris detrahere. ceſſa cultū eius digniſſimuꝫ impio dēte lacerare. Noli odiū ꝑſonale diffundere. in omnes. noli propter paucoꝝ diſplicentiā oībus indignari. noli iniuriam hoīs efferre in ſuperos. Cur leſus. forte ab hoīe. ſanctos dei vocas in culpaꝫ Ceſſa obſecro ceſſa vindictam vni⁹ homīs vel paucoꝝ a ſanctiſ‑ſima matre anna velle exigere. Nolo ſanctitatē eius vituperes. nolo eam ſuo honore priues. nolo deuotionem ſeruoruꝫ eius im‑pugnes. Si peccauerit homo in hominez. placare poterit ei deus qui aūt peccat in ſanctos dei. in parentes filij dei. in matrem ge‑nitricis dei. quis orabit pro eo. Quō pōt deū habere ꝓpicium. qui ſanctos eius et quidem ſanctiſſimos habꝫ offenſos Sancta enī anna oīni honore digna eſt. que parere meruit dei genitricez ſine labe criminis. cuius honorem qui minuit. iniuriā deo facit. Quī poti⁹ ſi ſapis. ſi intelligis. recede ab hac ſtulticia tua. fuge ab hac inſania falſa. declina ab hac blaſphemia peſſima. et priſtini erro‑ris aſſume penitentiam. vt per compūctionis lachrimas tā ne‑phariam diluas culpam. Quod ſi non feceris. ſi in pertinacia tua perſeueraueris. non impedies voluntatē dei. ſed partem habe‑bis in ſorte dyaboli. Deus ſanctā annam in eccleſia ſua honorare diſpoſuit. quis eum prohibebit. Ecce reges et principes memo‑riam ſancte anne religioſa deuotione concelebrant. ecce preſules ecclīaꝝ vbiqꝫ in eius honorē altaria conſecrant. ecce fideles po‑puli nomen ei⁹ vbiqꝫ inuocāt. et tu in inuidia tua cū dyabolo ta‑beſcis. ꝯfūderis et inſanis Monachi et religioſi vtriuſqꝫ ſexus totus ecclīarum dei clerus. feſtum ſancte matris anne et memo‑riam cum ſingulari deuotione celebrant. et tu inuide canis ꝯtra oīes latrare preſumis. Quid impie latras. quid ſcelerate mur‑muras. Tace abi. recede. non ſine graui animaduerſiōe hec tua impietas vīdicabitur. Quicunqꝫ enī honori et ſanctitati beatiſ‑ſime matris anne detraxerit. quicunqꝫ cultores eius blaſphema‑uerit. ſine confuſione ab hac vita nō migrabit. Confuſiōe mala confundetur coram deo et hominibus. opprobria et ignominia peſſima cooperiet caput eius erit miſer et miſerabilis. et nō erit q̄ calamitati eius condoleat. oībus dieb⁹ quib⁹ fuerit ſuꝑ terrā.

Quod oīnipotens deus ſanctam

annā in matrē ſue genitricis elegerit ante mōdi ꝯſtitutionē. Ca. v

Sicut oīpotēs deus añ mōdi ꝯſtitutionē tps quo naſcerctur in carne diſpoſuit. ſic etiaʒ pn̄tes de quib⁹ naſceretur ab eterno ꝑordinauit. Neqʒ eñ inuenit parentes dei filius. ſed p̄miſit. qui eos ſine tpe ad tempus ordinauit. non fortuitū caſu illos repent. ſed mira diſpēſatione ab eterno preelegit. Confidenter ergo beatiſſima anna dicere potuit illud quod de eterna dei ſapientia ſcribitur. Dn̄s poſſedit me ab initio viarum ſuaꝝ. anteq̄ quicq̄ faceret a principio. ab eterno ordinata ſum. et ex antiquis. Erat ante mundi cōſtitutionē in mēte diuina nō per naturā facta. ſed per graciā preordinata. Vere digna eſt honoranda. quā grā dei ꝑueniendo in matrē genitricis diſpoſuit. et ſemper conſeruando ſanctiſſimam effecit. Vere ſancta et om̄i honore digniſſima parens. que nobis vite ſanctioris normā ꝓbuit. et in exhauſte pietatis fonteʒ de ſuo pectore produxit. non potuit eſſe niſi ſanctiſſima que tam ꝑcioſū theſaurū in ſuo vtero portauit. Archa teſtamēti nobiliſſima oīm virtutū ornatu ſplendida extitit. in qua vrna illa fuit recondita. que verum manna erat virgo paritura. O quanto honore dign⁹ anne venter credendus eſt. qui dei gazophilacium factus ineſtimabilis ꝑcij theſaurū baiulauit. Non eſt dubitādū fratres chariſſimi ſed firma deuotione credendum. beatam annaʒ ineffabili gaudio tūc repletā fuiſſe. quādo matrē dei futurā ſancto ſpiritu a ſua conceptione dignam et mundā ab omī macula ꝑſeruatam in ſuo beatiſſimo vtero nouem menſibus portauit. O quis enarret illa ſanctiſſime matris anne gaudia. que ex preſētia ſctī ſpūs in ſuo pectore ſenſibiliter ꝑcepit. Que vox poteſt exp̄mere. que lingua reſerare. que mens mortalis viatoris capere quāta leticia et exultatione beatiſſima anne viſcera impleta fuerint. quando graciaʒ ſancti ſpūs in filie nondū nate precordijs meruit ſentire Si helizabet ex militis pn̄tia ſpiritu ſancto repleta fuiſſe dicitur copioſius id factū in venerabili anna multiplici argumento cōprobatur. Illa eñ preconē ſūmi regis. iſta matrem in vtero baiulauit. illa militē iſta cōceperat reginā. Johānes in vtero concept⁹ ſctīficat⁹ eſt. maria etiā in ꝯceptiōe ꝑſeruata. Deniqʒ ſpiritusſctūs ab hora ꝯceptiōis mariā in puriſſimā ſponſā eligens et inhabitans nunq̄ʒ ne ad momentū quidē poſtea deſeruit. ſed ſp eam cuſtodiens et dirigens ſpeciali dono pre cunctis mortalibus illuminauit. Huius ſacratiſſime illuminationis participeʒ fuiſſe beatiſſimā virginis genitricem credimus. non ſolū quando virginem adhuc clauſam portabat in vtero. ſed etiā cunctis poſtea

diebus quibus vixit in mundo. Enimuero quã ſpũſſanctus dig-
nã dei parentẽ effecerat. non ſine maximis gracie ſue donis poſſi-
debat. Eam ergo fratres chariſſimi quã ſemper ſanctã deo pla-
cuiſſe ab eterno cognouim⁹. nobis inaduocatã eligamus. eamqꝫ
quottidie venerantes. condignis laudibus honorem⁹ Honorẽt
eam coniugati. quia ſanctiſſimo partu ſuo coniugiũ dño ꝯſecra-
uit: cui matrẽ ſine macula pepit. Laudent eã vidue et continẽ-
tes. quia normã illius continentie preſignauit. Diligant eaꝫ vir-
gines. qꝛ tante ſctitatis virginem pepit. qua nulla vnqꝫ ſanctior
effulſit. Honorent eam iuſti. quoniam illis ſua ſanctiſſima cõuer
ſatione iuſticie regulam oſtendit. Venerentur eã pctõres. q̃ ma-
trem illius peperit. qui ex peccatoribus iuſtos facit. Omẽs eam
maximo venerentur amore. quoniaꝫ genitricẽ illius protulit. qui
redemptor omnibus aduenit. Nullus a laudibus eius torpeat.
nullus ab amore eius deficiat. nullus a cultu eius tepidus fiat.
omnes vt cõmunẽ matrẽ diligant. oĩes aduocatã publicaꝫ ho-
norent. de eius munere ꝯmunẽ ſaluatorẽ oĩes receperunt. Ipſa
eñ pctõꝝ nobis veniaꝫ impetrabit. de cuius ſanguine fons pie-
tatis corpaliter emanauit. Coram illa o fratres aſſurgite. q̃ ſpe-
rantes in ſe non derelinquit. oppreſſos releuat. releuatos ſuſten-
tat. viduas ꝓtegit. orphanos et pupillos miſericorditer defẽdit
imbecilles reſonet. debiles erigit et ſanat. erectos in virtute ꝯfir-
mat. Impoſſibile eſt eam pro cultoribus ſuis oranteꝫ non exau-
diri. que omnipotenti deo tam p̃cioſum de ſuo pectore thalamuꝫ
conſtruxit.

Quam iuſta ſancta et deo accepta fuerit vita et conuerſatio beatiſſime matris anne. Cap̃. vi.

Vi monimenta ſctõꝝ patrũ ſedula deuotione per-
legerit. quanta ſanctitate vita beatiſſime matris
anne reſplenduerit inuenire poteſt. De qua ſctũs
preſul epiphanius nõnulla compoſuit. qui vitã ei⁹
tanta iuſticia. innocentia et puritate claruiſſe meminit. vt pareꝫ
in iſrahel non habuerit. Honorius quoqꝫ preſbiter auguſtudu-
nenſis vir ſanctus et eruditus in ſpeculo eccleſie quedaꝫ de lau-
dibus ſancte matris anne ſermone luculento edidit. et quaꝫ ſctã
ſemper vixerit breui compendio demõſtrauit. Sanctus cyrull⁹
eps̃ alexandrinus cultor quondã montis et ordinis carmeli. cuꝫ
de ortu beate dei genitricis ſemper virginis marie ad celeſtinuꝫ
papam primum ſcriberet. de vita et conuerſatione ſancte Anne
multa laudum p̃conia inſeruit. Sed quid neceſſe eſt me doctores

multos allegare incognitos. cū btūs Hieroni⁹ p̄ſbiter vniuerſo
nomiatus in orbe. de hac ipſa re nōnulla ſcripſiſſe feratur laude
digna. que a multis habentur. Erat ergo beatiſſima anna quātū
ad carnis generationē ꝑtinebat de tribu dauid orta ex bethlehez
patre ſtollano. matre vero emerētia ꝑntib⁹ ſcḋm legis decreta reli-
gioſis et deuotis. qui eā vna cū ſorore Eſmeria in timore dn̄i ab
infantia nutrierūt. Porro Eſmeria ſoror peperit helizabet mr̄ez
iohannis baptiſte Annā accepit in vxorē Joachim ex nazaret de
tribu iuda. que pep̄it filiam dei poſtea genitricem ſemꝑ virginē
mariā O ioachim et anna digni eterna memoria parentes. q̄ dn̄o
deo in ſimplicitate famulantes. theſaurum ineſtimabilem obtu-
liſtis. Quis parentes hos digne laudare ſufficiat. Enimuero niſi
vita coꝝ extitiſſet ſanctiſſima. nunq̄ȝ partū dn̄o tam gratuz pro-
tuliſſent. Erat autez mediocris ſed cōpetētis ſubſtantie. ex ouiū
paſtu et agricultura neceſſaria cōquirētes. de quib⁹ tres equales
feruntur feciſſe portiones. quaꝝ alterā templo. alteram dedere
pauperibus. terciam in vſus domeſticos ſibi retinebant. Quātuz
vero ad mores ꝑtinebat. in obſeruātia legis erant ſtudioſiſſimi.
in timore dn̄i probati. in charitate dei et proximi perfecti. Thorū
coniugalem cumulatiſſimis ornauere v̄tutibus. quibus eouſq̄ȝ
ꝑfecerunt. vt deo placerent et hominibus. Concordia innocentia
et pietate fuerūt vnanimes. et in oīm virtute locupletes. Ambo
de domo dauid duxerunt originē. ambo ꝑfecti erant coram dn̄o
ambo redemptionem iſrahel cū deſiderio expectabant Ambo ab
ineunte etate in timore dn̄i fuerāt inſtructi. ambo deo cari: ambo
in parētes dei genitricis electi. Anna tamē maiori gracia repleta
fuiſſe citra iniuriaz mariti credit. in cuius venerabili vtero ſan-
ctiſſima dei genitrix ſine omni macula formabatur. In eius pe-
ctore charitas dei gratum inuenit ſibi domiciliū. de cui⁹ ſanguīe
puriſſimū dei filio ſpūſſanctus edificauit tabernaculum. Digna
parens digniſſime parētis. que prima oīm ſaluatoris noſtri ma-
turauit aduentū In eam o fratres mentis veſtre oculos dirigite
vite eius normā auſcultate. et mores veſtros ei⁹ veſtigijs im-
primite Vultis noſſe qualis fuerit. p̄fatorum patrum ſcripta re-
uoluite. Erat inceſſu grauis. vultu gratie relucētis placida. cō-
ſilio matura. ſermōe compoſita. cultu et operatiōe ſctiſſima In
lege dn̄i die meditabatur et nocte. fide firma. ſpe robuſta. gemīa
charitate repleta. Orōnibus ſemper inſiſtere didicerat. et domi-
ni aduentum cum maximo deſiderio expectabat. Erat honeſta
in ope. ſobria in conſuetudine. hūilis in mente. Nemo vnquaz ꝑ
vicos et plateas diſcurrentem illam reperit. nemo in domibus
vicinaruz inutiliter fabulantē audiuit. nemo ad choreas et ſpe-

tacula vnquã illã aſtitiſſe inuenit. Domi manẽ a iuuentute ſua
didicit. laborare aliquid manibus conſueuit. foris videri ab ho-
minibus nõ queſiuit. Concordiam in bono et pacẽ cũ vicinis ob-
ſeruare ſtuduit. nemini iniuriã fecit. verbo vel ope neminem ꝑ-
turbauit. Raro videbatur in publico. in plateis cum muliercu-
lis. fabulantibus non ſedebat. et in colloquio detrahentium nõ
ſtetit. Nouerat enĩ prudentiſſima mulier multiloquio non deeſſe
peccatum. idcirco omni cuſtodia ſeruauit cor ſuã. ne vnq̃ȝ in ſer-
mone offenderet. Sanctis itaqȝ ſtudijs et exercitijs intenta. ex
ſterili mater effici meruit. ſicut oĩnipotens de⁹ ab initio preordi-
nauit. Concepit ergo mulier ſancta de coniuge ſancto. concepit
ſine origenali macula. peperit ſine culpa. O ſancta et prius inau-
dita conceptio. Concepit a viro. ſed nulli vnquã crimini hec fuit
obnoxia conceptio. Concepit ſcd̃m nature ordinẽ. ſed preter na-
ture cõſuetudinẽ. O ſancta et continuis laudib⁹ celebranda cõ-
ceptio. que matrem ſine macula dei filio parat. de qua chorus an-
geloꝝ iubilat. totuſqȝ in orbe terrarũ mundus exultat. Vere ſꝑ
honorãda conceptio. q̃ oĩnipotenti deo prius grata extitit. quaȝ
impleta fuit. Vere digna conceptio. que ſpũ ſancto preſeruante
a tanta puritate ſumpſit exordium. vt diſpoſita fuerit concipere
et parere deũ. Colenda eſt igit̃ a nobis ſũma deuotione anna ſan-
ctiſſima parens. que matrem dei ſine omni macula concepit. O
quã dignã deo hoſtiam obtulit. quando ſanctiſſimã filiam in tẽ-
plo preſentauit. Deniqȝ ad matris ſancte merita declaranda ꝑ-
tinet. ꝙ filiam quã concepit et peperit. ſtatim ab infantia dño
ꝯſecrauit. Qualis conuerſatio matris. talis et filie inſtitutio fuit
Nemo docere aliũ poteſt quod ipſe non didicit. nemo filios bene
inſtituit. male inſtitutus. Freq̃ter ad mores parentũ filij ꝓfi-
ciunt. et quod actitari ab illis viderunt libentius amplectuntur
Sanctiſſime filie cõdigna mater. vt a qua traxerat ſine crimine
materiam carnis. ab ea ſugeret inſtituta pietatis. Vtramqȝ dei
gracia preuenerat. vtrãqȝ repleuerat. ſed erat in matre prior. in
filia copioſior. Docuit ſctã mater filiã quod ipſa prius a parẽtib⁹
didicit. quamuis inſtitutione humana opus non habuit. quam
ſpiritusſanctus a conceptu adimpleuit. Neqȝ enĩ materna eru-
ditiõe indiguit. q̃ celeſti grã plena fuit. Diſcite o mr̃es filias vr̃as
ad honorẽ dei inſtituere. mũdi pompas nõ amare. publicũ turbe
ꝯſpectũ fugere. domi reſidere. Spũs nanqȝ ſctũs odit publicum
pure mẽtis diligit ſecretum. Quid per vicos et plateas diſcurrit?
ſi honeſtatem ỽgineã amatis. Ad mariã archangelus venit nõ
in publico ſed in ſecreto. nõ in platea loquentẽ. ſed in camera ta-
centẽ. Apl'i ſpũſctũ nõ in foro. ſed clauſi in domo acceperũt. Nõ

beatiſſima vgo a mr̄e. immo a ſpūſctō didicit. ſolerṫ cuſtodivit Illa vagos diſcurſus vitare ꝯſueuerat. maria in domo ſolitaria manebat. In vtramqꝫ reſpicite. matres in matrem. virgines in virginem. Credite mihi non decet veſtram honeſtatez delectari in publico: non expedit virgines ſalutari in foro: quia reuerētiaz honeſtatis minuit qui frequenter ad publicum vadit. Virginitas cum verecunda ſit: publicum fugit. Sine verecundia non eſt ſyncera virginitas: nec poteſt pura manere nimis publica

Quod ſancta mater anna filiam ſuā beatiſſimā dei genitricē ſine originali macula ꝯcepit. Ca. vij.

Voniaz ad beatiſſime matris anne declaranda ſanctitat⁊ merita multū conducit: ꝙ dei genitricez ſine originalis reatus macula peperit. nequaqꝫ a nobis tanti prerogatiua honoris ſilencio eſt tranſeunda Et quidē ſcim⁹ hanc puriſſimaz conceptionez in ſignuz poſitā cui a multis vſqꝫ in hodiernuz diem contradicitur: qui dum nature conſuetudinē volūt defendere: gratiam dei non verentur impugnare. Quid ſtolidi latrant: quid imperiti murmurant: An non licet deo quod vult facere. Ecce conceptionem dei genitricis ſine macula purā veneratur eccleſia: ecce feſtum celebrat deuotiōe annua. et hoīes captioſi eā temeraria preſumptione maculare laborant. Sancti et erudiṫiſſimi viri p̄teriti et preſētes vario ſcribēdi genere ſuis lucubrationibus conceptionē hanc macule originali nunqꝫ ſubiacuiſſe predicant. et adhuc filij adam eam temere impugnant. Omēs diuerſoꝝ pene ordinū religiones puriſſimā ſemꝑ extitiſſe ꝯfitentur. credunt. et predicant. quos dānare velle tanquā errēt extreme dementie eſt Ecce viri ſeculares. religioſi. monachi deuoti atqꝫ eruditi metro et proſa ꝯceptionē ſemper puriſſimaz celebrant. et homines tepidi et ſine eruditione quibus nomen phi noſſe ſatis eſſe videtur. ſanctitatem dei genitricis conmaculare nituntur. Multi inquā doctiſſimi viri varia in eius defenſionem ſintagmata ediderunt. quis vnqꝫ erudit⁹ contrarium ſcripſit. Sed tu nomine quidē tuo indigne nicator. qui os tuuz in celum ponens contra puriſſimā dei genitricem impie blaſphemaſti. nō ſine graui id animaduerſione dei feceris. quippe qui non pietate ſed impietate moueris ad ſcribendum Deniqꝫ ſtulte temeritati tue per viros eruditos vario ſtili genere ſuper abunde nouimus eſſe reſponſum. Neqꝫ eīm noſtris armis. ſed dei virtute abſcedis confuſus. nec errorē tuū damno. ſed arrogantiam. ſed temeritatem. ſed p̄ſumptionem. Scio eīm de ꝯceptione virginis Marie heſitare non eſſe peccatū. quā deus voluit eſſe occultā. ſed eam

impugnare.et temerarie diffinire quod neſcias. inauditi eſt ſce-
leris. Si ea que neſcimus quo animo fiant in partem meliorem
interp̄tari ꝓcipimur.q̄ātomagis occulta dei opera quorum ra-
tiones ignoramus ad pietatem debemꝰ accipere Nemo noſtrū
conſilio dei interfuit.nemo ꝯceptiōis modū agnouit. ſed multis
rationibus inducti.nos ex pia credulitate puriſſimā ſemper ex-
titiſſe credimꝰ.aduerſarij ex nature conſideratione abducti .te-
meraria p̄ſumptione defendūt opinionē contrariaꝫ. Sed ſatius
eſt de pietate in dei parentem ꝙ̄ de temeritate reddere rationem.
Si nos erramus pietas.immo deus ipſe.eſt in cauſa. ſi autē vos
erratis o aduerſarij.dicite ob'quam cauſam.Que nam vos con-
ſideratio mouet.vt puriſſimā dei matris conceptionem. taꝫ au-
dacter culpe origenali ſubiacuiſſe dicatis. Reſpondebitis ſcio.
Amor veritatis.Sed oſtendite opinionem veſtram eſſe verā. et
vos amatores veritatis crediderim. Non aūt oſtendetis. quia
non intelligitis Non intelligitis.quia non creditis. Veritatem
non defenditis.quā neſcitis Nemo em̄ ꝓprie defendit quod igno
rat.Conſideratio humane nature vos decipit.cuius dum cōſue-
tudinem exquiſite reuoluiſtis.deum conſtitutorem eſſe nature nō
penſatis. Supra naturā eſt.qui naturā fecit.non reſtringit̄ ſub
legis humane conditione deus conditor legis.ſed qui virginem
parere voluit. etiam preter nature ordinem a peccato preſerua-
uit. Cauſa itaqꝫ opinionis aduerſe ex temeritate ſumit exordiū.
et iccirco non mercedem a deo meretur.ſed vindictam. nā ſicut
pena martirem non facit ſed cauſa. ita error conceptionis non
damnat ſed pertinacia.Deniqꝫ ſi exemplis et monimētis vete-
rum eſt credendum.plures miſerrime periſſe legimus qui puri-
tatem glorioſe conceptionis impugnarunt.neminē vero vnquā
defenſorem eius a deo percuſſū inuenimus.non enim ad defenſio
nem ſanctiſſime conceptionis monet dei matris maxima conſi-
derata dignitas.que talis ac tanta emicuit.vt omnni honore dig
niſſima fuerit.Si fallimur.pietate ſancta excuſamur Vos autē
ſi erratis.q̄s defenſurus erit.Veritas Sed eam nō cognoſcitis.
iuſticia.Sed illa errores damnat.non excuſat.Miſericordia.ſed
viſcera miſericordie non habetis.Quis ergo liberabit vos.V̓go
maria.Sed honorem eius floccipenditis Filius dei. Sed geni-
tricem eius non diligitis.Orationes ſanctoruꝫ.Sed regine eoꝝ
detrahitis.Excuſationem ergo non habebitis.quia deum et om
nes ſanctos illius offenditis.Armatis vos argumentis ſcolaſti-
cis et pietate nudi eſtis.Quicquid pro defenſione opinionis ve-
ſtre adducitis. a timore dei alienum eſt. non enim dei honorem
queritis.qui puritatem genitricis illius impugnatis Sꝫ audite

concilium meū. et mutate ꝓpoſitū veſtrum. Redite aliquando
ad voſmetipſos quia tempus eſt. et nolite opinionem incertam
pſumptuoſe defendere. quam indiſcuſſam ſine peccato poteſtis
pertranſire. Si deum diligitis. ſi hieſum chriſtum ſaluatorē oīm
amatis. genitrici eius ſanctiſſime tantam nolite iniuriam facere.
de qua nulli licet ſanctiſſima ſentire. Conceptionem eius ſemper
puriſſimā credere. non neceſſitatis ſed pietatis eſt. non credere
humane tarditatis. Non credēdo aūt impugnare. et opinionez
contrariā velle defendere. non ſolum crimine non caret. ſed etiā
magne. temeritatis et ſtulticie eſt. Enimuero temeritas iure re-
prehendit vbi pietas remūerat. Ne parū cuiqꝫ videat eſſe pec-
catum. quod in deum et eius genitricem committitur. Qui autē
dei filium diligit. os ſuum contra matris honorem nō aperit. pu-
ritati eius nō detrahit. opinionē incertā pertinaciter non defēdit
et quia vbi deuotio hūiliū recipit pmium. pſumptio ſupborū
inueniet tormentuz. Digna eñ dei mater fuiſſe creditur ſine ori-
ginali macula concipi. que illum erat virgo paritura. qui tocius
deleret crimina mundi. Digna quoqꝫ tali conceptiōe btā mater
anna extitit. cuius inclita conuerſatio deo gratiſſima fuit Nolo
mireris dei genitricem preter nature conſuetudinē. ab originali
preſeruatam crimine. quā ſibi manſionē parauerat deus infuſor
gratie. Conſidera natam dei genitricem. et non miraberis ſine
macula conceptionem. Magna ſunt que dicuntur. ſed vera. ſed
ſancta. ſed genitricem dei decentia. cuius conceptionem preuenit
gracia. et hinc mirat natura Miramur et nos quoniaz fideliter
credimus. Aduerſarij aūt non credentes non mirant. ſed cōfun-
duntur Si potes iſta capere. crede. ſi non capis. noli diſcutere. ſi
non vis peccare. Melius eſt enim de puritate beatiſſime dei ge-
nitricis cum reuerentia tacere. q̄ indigna loqui. Cura itaqꝫ ea q̄
non potes intelligere. hūili ſilentio ſemp honorare.

Quemadmodum beatiſſima ma-
ter anna filiā ſuā dulciſſimā dño pñtauit in templo. Ca. viij.

IN principio volūis regum legimus q̄ anna vxor
helchane ſamuel filiuz ſuū quē a dño poſtulauerat
poſt annos ablactatiōis ad templū deo ſeruituꝝ ob
tulit. Intantū vero grata deo extitit ſamuelis obla
tio. vt eū nō ſolū in ſacerdotē heli repudiato eligēt. ſed etiā ꝫ ſpū
ꝓphetie. et ſapiētie impleret Quid fratres qd nobis p ſamuelis
oblationem aliud innuitur q̄ꝫ q̄ btiſſima dei genitrix domino in
templo a matre pñtat. O quā grata extitit oīpotēti deo iſta obla
tio. in qua iam tunc preparabatur vnigenito digniſſima manſio

Elegerat eam deus ante mundi conſtitutionē et ꝓelegerat eam-
et quod ſine tpe diſpoſuit. hac preſentatiōe adimpleuit. Quātaꝫ
putamus tunc in celo fuiſſe leticiam. quando maria ỽgo adoleſ-
centula ſponſo celeſti copulabat̄. Inducitur a matre ſanctiſſima
virgo in templum. dn̄m templi paritura. iamqꝫ deificis adaptat̄
nuptijs. infantula triēnis. Quis tuuꝫ enarrare ſufficiet o mater
anna tunc gaudiū. quādo filiam a dn̄o ſuſceptam templo ſerui-
turam. immo dn̄m tēpli parituram̄ deuota tradidiſti Nemo vnqꝫ
tam gratuꝫ munus deo obtulit. nemo theſauꝝ tanti precij vnqꝫ
templo pn̄tauit. Mirantur ſancti parentes ſupra etatem in filia
mores. mirantur graciā. mirantur alacritatem. Erat em̄ gracia
plena ex vtero. nec macule quātūuis leui vnqꝫ ſubiacuit. que dei
templum fuit. Quid miraris in filia mater. Non includitur ſub
lege nature gracia dei. nō requirit etatem ad operandū que vo-
luerit virtus ſpūſſancti non neceſſitatur ſub annis multis do-
num et voluntas altiſſimi. Sanctificauit tabernaculū ſuum al-
tiſſimus: et archam in qua manna verū locare diſpoſuit: auro ỽ-
tutum puriſſimo intus et foris pulcerrime ornauit: Quā ꝑfecta
mater in amore dei fuerit. in hac oblatione filie dulciſſime decla
rauit Niſi em̄ in timore dn̄i fuiſſet ſolida: nunqꝫ a ſe filiā dile-
lectam. teneram et nobilem auelli ꝑmiſiſſet. Sed vicit materna
viſcera amor creatoris: et pignus ſuper oīa creata habuit chari-
ſſimum hilari vultu dn̄o obtulit conſecrandū Nihil hic fortuitu
geritur: nihil cōſuetudo operatur: om̄ia ſine tpe ab altiſſimo ſūt
diſpoſita: omnia dei cōſilio ſūt ab eterno ꝓordinata. O ioachim
et anna feliciſſimi parentes. qui digni fuiſtis illā producere. que
ſine virili ſemine dei filiū meruit ꝓcreare. Vere laudibus ſemper
honoranda cōdignis oblatio. que matrē deo. regē angelis. mūdo
diu perdito preſtitit ſaluatorē. Tāta aūt puritate hāc oblationē
decoratam credimus. qua purior ſub deo nulla eſſe poſſit. Nam
et regina angeloꝝ facta eſt. mater dei. dn̄a mūdi In maria quoqꝫ
gloria corā deo eſſe credendi ſunt parentes hi feliciſſimi. qui dei
filio matrem genuerūt. Diſcite o parentes timorē dei natis vr̄is
ꝓponere. diſcite illos ad amorē dei iuuenes informare. ne ſi adoleſ
centulos negligitis. cōtumaces poſtmodū inueniatis Anna filiā
dulciſſimam triennem dn̄o obtulit. infantulam deum timere do-
cuit. erudiendaꝫ in timore domini templo preſentauit Vos aūt
non ſic. Filias veſtras ad choreas et mūdi vanitates amorē in-
ſtruitis. nihil eis de timore dn̄i dicitis. nihil de vita eterna ꝑſua-
detis. quippe ꝗ nihil boni a pn̄tibꝰ didiciſtis Non in multitudie
filioꝝ mulier glorietur ſi eos in charitate dei probe inſtituere ne-
glexerit. qꝛ non multitudo filioꝝ feminas ſed ꝓbitas cōmendat

Quod diua mater anna in max-imo apud deum et om̄es ſanctos honore habeatur Cap̄.ix

Credimus autē et abſqꝫ vlla heſitatione tenemus
diuā annā dei genitricis parentē ſingularis apud
deū eſſe meriti et honoris. quo non ſibi tantū ſuffi-
ciens ad gloriā. ſed nobis quocꝫ idonea et potens
ſit ad ſubuentionē. Nam ſi apl'os ceteroſqꝫ ſanctos apud deum
potentes eſſe confidimus. dei parētes potēſſimos neceſſe eſt cre-
damus. Anna eñi ſanctiſſima mulier intantum oīpotenti deo cō-
placuit. vt genitricē vnigeniti ſui ex ea naſci voluerit. cuiꝰ matri
nunq̄ꝫ dedicaſſet vterū. niſi magne ſanctitatis inueniſſet meritū
Dicit nanqꝫ ſcriptura. Spūſſanccus diſcipline effugiet fictum.
nec habitabit in corpe ſubdito peccatis Nihil in beatiſſima ma-
tre anna fictum extitit. nihil quod deum potuiſſet offendere fuit
ſed erant om̄ia recta. munda et ſancta. et habitationi ſpūſſancti
condigna. Merito igitur poſt filiā proxima deo creditur in glo-
ria. que tantum placere potuit in hac vita. Non mihi ſtolidus
diſputator obijciat veteris teſtamenti ſanctos minoris extitiſſe
meriti ꝙ̄ noui. cum tempus ſanctitatē nō tribuat. ſed fidei grā
Annam excipio. quā non tam veteris ꝙ̄ noui teſtamenti ama-
tricem agnoſco Ipſa enim archam noui teſtamenti cōdidit. quā
nouē menſibus in ſuo vtero portauit. Neqꝫ eñi ſanctitatē tem-
pus minuit. quam dei ſpecialis gracia cōcedit. Tanta vero grā
beatiſſimam annam preuenerat. vt ſimilē virtute et ſanctitate in
in iſrahel ſuo tempore non haberet. Congruum itaqꝫ eſſe videt̄
vt apud deum pre ceteris valeat in gloria. que ante alios claruit
in vita. Enimuero ſicut dei filius matrem ſuam pre om̄ibus ho-
norat et diligit. ita quocꝫ dilectam auiā ſuā poſt illam ſingulari
gloria donauit. Sed forſitan dicturus eſt aliquis. Ceſſat affectio
carnalis. vbi nō eſt generatio carnis. Eſto. Sed nū ceſſat amor
vbi exuberat virtus. non deſinit affectus vbi continuat̄ dilectio
non perit cognationis amor vbi meritis glīa debetur. Ceſſat fa-
teor in btīs affectio carnalis. ceſſat etiā generatio carnis. ſed non
ceſſat amor cognatiōis. cū inter illos ſit oībus cōmunis. Nemo
eñi vnq̄ꝫ carnē ſuam odio habuit. Neqꝫ eñi tam immitis eſt dei
filius. vt non diligat ſāctos parentes ſuos. carnē ſuam. viſcera
ſua. Aut quomodo ſuos parentes nō diligeret. qui omnes ſan-
ctos et famulos ſuos amat. Dicit enim. Ego diligentes me
diligo Quis deū ſupra parētes eius ſcd̄m carnē vnq̄ diligere po-
tuit. De ſanguine eoꝝ ſine macula incarnatus eſt. lacte paſtus.
cura nutritus. Abſit ergo vt putemus annam beatiſſimam dei

filiȷ̄ auiam ſine maximo honore eſſe in patria. que deō taꝫ ꝓxima
extitit in terra. Si dn̄s hieſus rex celi diligentes ſe diligit. ꝑntes
ſuos merito pre oībus amare credēdū eſt. nec poſſunt in celeſti
patria eſſe ſine ſpeciali gloria. ques oīpotens deus in terra tam
inſolita repleuerat gracia. Annā igit̄ dei filio poſt matrem vir-
ginem credimus eſſe ꝓximā. et potentem pro miſeris aduocatā
cui nihil rex celi denegat. ſed in omnibus que pecierit faciez eius
vt dilectiſſime parentis honorat. Eam quoqꝫ trinitas tota dili-
git. eam chorus angelicꝰ colit. eā oēs celeſtis patrie ciues vt re-
gine ſue matrem honorabilē maxima reuerentia venerātur: nec
immerito. Nam ſi regem diligunt. auiam eius iure venerantur
Honor eñ qui parentibus impenditur. filiȷ̄s exhibetur. Mi nꝰ
aūt regem amare conuincit̄. qui patrē et matrē totamqꝫ ꝓgeniē
illius nō veneratur. Plus etiam dolere ſolemus de iniuriȷ̄s pa-
rentum nr̄oꝝ qꝫ de ꝓpriȷ̄s. Quare hoc. niſi ꝙ ꝯtumelia illis irro-
gata in nobis gemiat̄. Non eñ ſolos parentes ſed et nos graui
credimus iniuria notatos. Pari modo ſicut ꝯtumeliam parentū
noſtrā credimus. ſic honorē illis exhibitū reputamꝰ. Quicquid
ergo honoris diue matri anne impendimus abſqꝫ dubio deo ex-
hibitū credamus. Dicit enim nobis in euāgelio dn̄s. Quicquid
vni ex minimis meis feceritis. mihi feciſtis. Si om̄e quod mini-
mis in chriſtum credentibꝰ impendit̄ ſibi factū aſſerit. quāto ma-
gis in illis id fieri credendū eſt. qui non modo minimi apud eum
ſed maximi et potētiſſimi ſunt. Non ſūt vltimi apud dei filiū pa-
rentes eius. non minimi ſed maximi. non parui ſed potentiſſimi.
Quicquid ergo venerationis illis impendimꝰ. duplicatū apud
deū minime dubitemus. Etem̄ ſi reuelatiōibus credēdū eſt. bea-
tiſſima virgo cuidā deuoto apparuit. ſibiqꝫ inter cetera dixit Si
diligis me. honora matrē meā. et quicquid illi reuerentie impē-
deris. mihi dupliciter gratū erit. Nunc ergo fratres ſi dei geni-
tricez diligimꝰ. ſi ꝯplacere regine celi deſideramꝰ. matrē eiꝰ vene-
rabilem ſedula deuotione honoremus. et pias in omni tribula-
tione adiutrices ambas inueniemꝰ. Ecce angeli dei et oēs ſancti
annā venerant̄ et diligūt. et nos ab honore eiꝰ muti ſilemꝰ. No-
bis non illis qui iā exultant in patria. ſctōꝝ interceſſiones neceſ-
ſarie ſūt. et ideo decet nos in eoꝝ veneratiōe ſemper eſſe deuotos
Nos inquam qui adhuc viuimus in carne et peregrinamur a
dn̄o. nos oportet illos ſuperne patrie ciues precipua deuotione
colere. vt eoꝝ ſuffragiȷ̄s adiuti. ad gaudia que inhabitāt poſſi-
mus peruenire Inter oēs aūt ſanctos dei genitricē preeminere
credimus et annā venerabilē eiꝰ parentē. quaꝝ ſi deuoti et culto-
res fuerimus. nulla aduerſa nobis nocebunt.

Quod beata mater anna potens

ſit apud deum deuote ſe innocantibus ſubuenire. Cap̄.x.

SAncta et beatiſſima dei parentis mater anna cuꝫ ſit in
regno celorum dei filio ac genitrici eius meritis et cha
ritate ꝙ̄ proxima. non eſt dubitandum quin potens ſit
noſtris miſerijs impetrare auxilium. ſi tamen deuotio
mentis noſtre in eam ſedulo feratur Non poteſt nō eſſe pyſſima
que matrem miſericordie in ſuo vtero portauit. Quam pia ꝗꝫ
potens. ꝗꝫ prompta ſit ad hūanas miſerias repelēdas. tot pene
ſunt teſtes. quot ei⁹ deuoti reperiunt̄ cultores. Potens enim eſt
in palacio ſummi imperatoris. quaꝫ deus ſupplicantem exaudit
pro ſua reuerentia. et quicquid poſtulauerit concedit ſine mora
Jlle de auctoritate et potētia eius dubitet. qui neſcit eā genuiſſe
reginā angelorum. Jlle de pietate beatiſſime matris heſitet. qui
ſaluatorē mundi de ſanguine ei⁹ nobiliſſimo proceſſiſſe ignorat.
Potens eſt et deo ꝙ̄ proxima. pia eſt noſtriſqꝫ neceſſitatib⁹ incli-
nata Credite mihi fratres quia certus ſum. ꝙ deus ꝑ ei⁹ merita
multa hominibus beneficia ſolet concedere. vt memoriā eius in
honore diſcant iugiter habere. Conſidēter itaqꝫ ad piā patronā
accedite. ſedulis eam precibus pulſate. quia potēs eſt vobis im-
petrare veniam. potens eſt vos perducere ad eternā vitā Nihil
deeſt ei quod neceſſitatibus noſtris poteſt ꝓficere. nihil non hꝫ
quod nos poteſt iuuare. cui ſemꝑ adeſt facultas vt poſſit. pietas
vt velit. Nihil ergo dubitem⁹ fratres. nihil heſitemus. quoniā
nobis aderūt certa ſuffragia. ſi nō deſit fides firma. De quacūqꝫ
tribulatiōe ad eā clamauerim⁹ promptum inueniem⁹ auxilium.
ſi nomini eius deuotum inpendamus officium. Cupitis ſcire fra-
tres quid vobis preſtare valeat hec ſanctiſſima mulier. Audite
Anna triſticiā fugat. carnis libidinē exterminat. paupratē ſub-
leuat. infirmitates curat. aduerſa mitigat. contraria ſedat. vicia
eliminat. virtutes plantat. ingeniū illuminat. affectum purgat.
crimina relaxat. Quiſquis igitur in bonis ſtudijs fortunā habes
cōtrariā. quiſquis tēpeſtatē hui⁹ peregrinatiōis ſentis aduerſaꝫ.
ſanctam annam deuotis precibus inuoca ſedulis. matrem orati-
onibus pulſa. et inuenies conſolationis inopinate remedia. Jpa
enim eſt miſeris tutum refugium. egris certum remedium. deſo
latis indeficiens ſolacium. Quid dubitas eam accedere. que et
potens et voluntaria eſt te iuuare. Nihil a te terrenū requiritur
non aurum. nō argentum. ſed cor tantum in deum et ſanctam
annam deuotiōe porrectū. Quid ergo formidas. Quid fluctuas.

Crede mihi non eſt tribulatio. nõ anguſtia. non neceſſitas q̄ ante preces anne poſſit ſubſiſtere. Quicq̄d te grauat. quicq̄d moleſtat quicquid bone volũtati aduerſatur, refer ad annam. et pro gl'ia dei liberabit te. Impoſſibile eſt eam nõ obtinere om̄e q̄d voluerit Rex celi nepos eius eſt. non poterit quicq̄ dulciſſime Anne ſue denegare. Mater dei filia ei⁹ eſt. non fruſtra p̄ces ad deũ fundere poteſt. Tota celeſtis patrie curia annam diligit vt matrem. venetatur vt dominã. ſi quid a deo poſtulauerit. omnium ſanctorum preces votiue concurrent. Beatus homo qui annã continua deuotione ac ſedulis p̄cibus habuerit aduocatam.

Quod ſancta mater anna vt piiſſima aduocata in maxĩo a nobis honore ſit habẽda Ca. xi

Quanto honore quãtaq̄ reuerẽtia beatiſſima anna ſit a nobis honoranda ex iam dictis ſufficienter perpendimus. quãdo in celeſti patria ab ipſo ſummo deo et oĩbus ſanctis. tãtis et quidẽ ineffabilib⁹ p̄conijs laudum honoratur. Nã ſi illi ſup̄ne patrie ciues in ſumma iã trãquillitate ꝯſtituti eã vt dñam potentiſſimã venerant et diligunt. quãtomagis nos miſeri in multis adhuc tribulationibus poſiti eã vt piam patronã inuocare et honorare oportet. Enimuero cũ maxima reuerẽtia a nobis colenda eſt. p̄ cui⁹ patrocinĩ oĩa mũdi labẽtis mala ſecuri poſſum⁹ euadẽ. Et vere dignis ſp̄ venerãda laudibus mr̄. q̄ redẽptiõis nr̄e ortũ ſuo clauſũ ſub pectore portauit. Merito inquã honoranda eſt. q̄ nobis dei genitricẽ ſine macula pepit. p̄ quã dei fili⁹ mũdo ſaluator aduenit. Sicut ergo beatiſſimã dei parentẽ veneramur et colim⁹ q̄ nobis redẽptorẽ v̄go immaculata pepit. ita et annã honorare nos decet q̄ matrẽ nob ſaluatoris ſine culpa effudit. niſi matrez haberemus. vnde filia prouenifſet. nemo dubitet. nemo fluctuet. nemo cogitationibus iniquis eſtuet. quia niſi anna fuiſſet ſanctiſſima. in matrẽ genitricis dei non fuiſſet electa. Decebat aũt eam q̄ dei matrẽ erat parituram omĩ ſanctitate fulgore decoratã. q̄ genitrix non cuiuſlibet v̄ginis erat futura. ſed illius qua inter creaturas dei puras humanas purior ſanctior ve nulla potuiſſet inueniri. Erat ergo beatiſſima anna ad hoc officiũ digna ex dei dono. erat digna ex vite merito. erat etiã digna ex legis teſtimonio. Digna inquã fuit dei genitricẽ parere. q̄ deũ ſup̄ oĩa nouerat amare. q̄ legẽ ei⁹ ſine offẽſiõe didicerat cuſtodire. nõ fuit ſanctior illa in iſrahel. q̄ tantis a deo credatur honorata muneribus. Concepit ſterilis de ſemine. ſed abſq̄ macula ſeminis. Cõcepit inquã ſine macula culpe et pepit

Conc[ep]it abſq[ue] macula ſemi[ni]s

anna mariã. deuota ſctĩſſimam. beata dei genitricem. Quis dili-
git regem. et nõ honorat ei⁹ parentē Quis diligit mariã . et non
veneratur annã. Ceſſent argumẽta vanitatꝫ ꝓcul abſcedãt ṽba
excuſatiõis. dei filiũ minus amare cõuincit. qui ſanctã annã non
venerat. Erubeſcat hõ corde induratus. et reprob⁹ circa pietatẽ
qui ſe dicit matrẽ dei diligere. et ei⁹ genitricẽ annã conuincitur
non amare. Stulta et perdita preſumptio. vt de filie patrocinio
ſumat fiduciam. q̇ honorare ꝯtẽnit ei⁹ venerabilẽ genitricẽ. Qui
eñ matrẽ habet infenſaꝫ. neqꝫ filiã poterit inuenire placatã Filia
eñ diligit matrẽ. annãqꝫ totus celeſtis curie exercit⁹ veneratur.
Si annã aduocatã quis habuerit: oĩes in celo ſanctos patronos
habebit. Diligam⁹ ergo matrẽ fratres chariſſimi: q̃ nos poteſt
introducere ad conſpectũ dei Deo eñ et grata et ꝓxima eſt.

De feſto et commemoratione ſan-
ctiſſime matris anne a nobis ſꝑ in honore habendis . ¶Ca. xij.

Enicqꝫ ſi annã feliciſſimã dei genitricis parentẽ dili
gimus: ſi eam honore condigno proſequi volumus
oportet vt feſtũ eius honorabile quod eſt ſeptimo
kalẽdas auguſti annua deuotione celebrem⁹ Neqꝫ
hoc nobis pro deuotione noſtra credam⁹ ſufficere. niſi ꝯmemora-
tionẽ ei⁹ tanq̃ꝫ patrone ſingulariſſime. ſepi⁹ currem⁹ frequẽtare
Qꝫ ſi aduerſarius nobis nouitatẽ hui⁹ feſti falſo voluerit obijcẽ
reſpondeam⁹. Feſta noua nequaq̃ꝫ introducim⁹. ſed antiqua re-
nouamus. Et de hoc ſatis me in ſuperioribus credo diſputaſſe.
quibus ſatiſfiffactũ deuotis anne cultorib⁹ nõ dubito. Porro cu-
rioſis et elatꝫ velle ſatiſfacere ſuꝑfluũ eſt. quippe quos pietas nõ
mouet. deuotio nõ excitat. charitas nõ inflãmat. Credant itaqꝫ
beate anne deuoti cultores et abſqꝫ vlla heſitatione teneãt. feſtuꝫ
eius antiquũ eſſe. et a veterib⁹ cum maxima reuerentia celebrari
conſuetũ. ſicut decuit ſanctiſſimã dei parentis genitricem Nam
in iudea et regionibus tranſmarinis a fidelibus chriſtianis com-
memoratio eius erat celeberrima. quouſqꝫ tãdẽ ꝑoccupata ab
infidelibus terra longo tꝑe fuit nihi neglecta. In europe auteꝫ
regionibus feſtum ei⁹ nõ erat ita celebre. ꝓpterea q̃ multi ex his
ad fidẽ tardius ꝑuenerunt. Certis tamen in locis europe ſolen-
nis anne ſemꝑ fuit memoria. que per fideles de paleſtina veniẽ-
tes fuerat inſtituta. Probant hoc in diuerſis eccleſijs in honoreꝫ
eius antiquitus erecta altaria. ꝓbant etiã hoc vetuſtiſſima ora-
toria. et diuerſa patrũ de laudib⁹ anne ſintagmata. Sed quid an-
tiquitatẽ hui⁹ feſti conamur defendere. quã nemo bon⁹ et deuot⁹
volet impugnare. Contra rabulos nõ eſt nobis in pñtiarũ diſpu

tare. quos ad cultū ſanctiſſime anne nunq̄ȝ poterimꝰ v̄bis ꝑſua-
dere. Siue ergo noua ab his ꝯmemoratio tanta eſtimet̄ ſiue an-
tiqua parū refert. illud tm̄ nobis elaborandū eſt vt a fidelibus et
deuotis criſtianis cū oī reuerētia celebret̄. Nā ſi feſta alioꝝ ſan-
ctoꝝ chriſti anna deuototiōe ꝓcolimꝰ. quare feſtū anne deo dilectiſ-
ſime nō celebremꝰ. Neq̄ȝ em̄ ceteris ſctīs merit̄ et gl̄ia inferior
eſt. q̄ tante dignitatis adhuc mortalis extitit. vt matrē eiꝰ pare-
ret. q̇ immortalis ſꝑ in celo viuit Et ſicut ſpecialiſſimis patronis
noſtris quottidie ꝯmemorationē aliquā facimꝰ. ita quoq̄ȝ de ſctā
anna queādmodū deuotio recta ſuggeſſerit om̄i die laudis aliq̄d
deo offeramꝰ Et ſi deuoti cultores ad honorē eius ſꝑ debeant eſſe
parati. tamē in natali eius p̄cipue debent eſſe ſolliciti. qm̄ cōme-
moratatio eius nō ſolū in terris agit̄. ſed etiā in celis votiuis lau
dibus ſanctoꝝ honorat̄. Deuotioni etiā ꝯgruit et decet pietatē.
vt ſicut dies ſabbati ad honorē ſctiſſime dei genitricis a clero et
populo miſſis et orōnibus colit̄. ita ꝯmemoratio matris eius ad
minus in hebdomoda ſemel celebret̄. Rei ſiquidē familiaris ſol
licitudine a deuotiōe cito diſtrahimur. ad quam neceſſe eſt vt vel
ſemel in hebdomada reparemur. ne ſi honorē venerabilis Anne
diucius differimꝰ. eiꝰ patrociniū tepidi amittamꝰ. Ad hanc me-
moriā hebdomodatī celebrādā t̄cia feria ſat̄ videt̄ ꝯgrua. in q̄ ⁊
nata fuiſſe legit̄ et mortua. Deniq̄ȝ in multis locis ꝯſuetudo lau
dabilis obtinuit. vt nō minori reuerētia ī ꝯmemoratiōeȝ ſctē āne
tercia feria celebret̄. q̄ȝ ſabbati dies in memoria dei genitricis in
eccl̄ia fideliū agit̄. Vidimꝰ em̄ apud ſicambros et grunes tercia
feria ſemꝑ in honorē beate anne miſſas decantari. lūiaria incēdi
oblatiōes fieri. paupes vberiꝰ recreari. Nouimus etiā apud il-
los quoſdam beate anne deuotos cultores q̇ ob honorem ihesu.
Marie et anne om̄i feria tercia tres in altari eius incendebant
candelas. tres ſpeciales faciebant elemoſinas. totidēq̄ȝ venias
accipiebant ſiue diſciplinas. Originē aūt duxit iſta ꝯſuetudo ex
miraculo ſctē anne qđ ꝯtigit in pannonia. vbi iuuenē deſolatū atq̄ȝ
pauperrimū ad magnos honores diuiciaſq̄ȝ promouit. Si quis
huius rei noticiā habere deſiderat. dictum miraculum legat. qđ
inter cultores btē anne adeo nūc vulgatū ē vt neminē latere poſ
ſit Neq̄ȝ ſolū in tercia feria. ſed oī die quātū vniuſcuiuſq̄ȝ req̄rit
deuotio. hec ita fieri a multis agnouimꝰ. Sacerdotes ergo dn̄i q̄
cupiūt ſctiſſime matris anne deuoti cultores exiſtē. ꝑ eiꝰ ꝯmemo
ratiōe ad miꝰ ſemel ſtudeāt ī hebdomada deuote celebrare. Qui-
cūq̄ȝ eā ſibi deuotionē in ꝯſuetudinē aſſūpſerit. crediꝰ ꝙ piā ad-
uocatā in oī nccitate annā habebit. Nullꝰ itaq̄ȝ a laude tāte pa-
trōe ſileat. nullꝰ a deuotiōe in eā torpeat. nullꝰ ꝯmemorationē eiꝰ

intermittat Anna etenī grā. ſiue donatio interꝑtat̄. Nomē tāte parēti cōueniēs. qđ nō caſu naſcēti crediꝰ impoſitū. ſꝫ a deo preordinatū. Recte namqꝫ interꝑtat̄ grā. q̄ mr̄ez grē fuit paritura. Recte grā. ꝑ cuiꝰ interceſſionē grā dei fidelibꝰ impetrat̄. Interpretat̄ etiā donās ſiue donatio. qꝛ eos q̊s in ſuo honore deuotos reperit. multꝭ grē donis locupletes facit. Recte donatio ꝑ quā peccatoꝝ donat̄ remiſſio. Quicūqꝫ g̊ pondere pctōꝝ ꝑmit̄. quicunqꝫ tentationū iaculis pulſat̄. ad ſinū matris anne fidenter ꝯfugiat. ꝓces et mūera deuotiōis offerat. et nil erit qđ ꝯtra eū in malū ꝑualeat. Anna eni grā đr. ſcđm nomē ſuū poſtulāti grāz impetrare nō deſinit. ſi deuotā fidē inuenerit. Oēs itaqꝫ fideles feſta ſctiſſime mr̄is colite. in eiꝰ ꝯmemoratione exultate. ſedulas quoqꝫ ꝓces ad eā fundite. qꝛ potēs ē vos ab oī tribulatiōe liberare. Jubilate dn̄o deo nr̄o oēs q̄ ſctāz annā diligitis. laudate nomē dn̄i omnes fideles populi. qui matrē dei genitricis et ꝟginis amatis. Annā vobis in patronā aſſumite. eamqꝫ deuotis oꝛōibꝰ honorate. et fidelem ſemꝑ aduocatam inuenietis.

Quibus exercitijs et deuotionibꝰ beatiſſimā matrē annā debeamus honorare. Cap. xiiij.

Quantū beatiſſima mater anna ſuis meritis apud oīpotētē deū valeat audiuimꝰ. quāto honore digna ſit ſcimus. reſtat nūc. vt queadmoduz a nobis honorāda ſit breuiter dicāꝰ. Et quāuis ꝓpter varietatez deuotiōis de mō veneratiōis nō poſſit a nobis poni regula generalis. conabimur tn̄ quātū poſſumꝰ ꝑſuadere oībus vt nullꝰ a tante matris laude per ignorantiā ſe poſſit excuſare Et quidē imprimis vnicuiqꝫ modū laudandi deuotio conſtituet. q̄ quāto maior fuerit. tanto modus vtilior erit. Quemadmoduz ceteros ſolemus venerari ſanctos diuerſis cerimonijs. iſtā quoqꝫ ſed copioſius honoremus. Habes modū. applica deſiderium. Si forte breuis nimium tibi videor. latiorem accipe modum Reges principes. et eccleſiaꝝ pontifices. ſi beatam annā honorare cupiunt in eius memoriā capellas et oratoria erigant. ꝓbendas inſtituāt cenobia fundant. Oꝛōnes quoqꝫ ad eā ſedulas faciant. memoriā celebrent. pauperes et egenos ob eius reuerentiaz paſcant. Quo ſtudio ſanctos venerantur ceteros ſibi ſpeciales. non inferiori diuam matrez annam ſed abundantiori nouerint honorandam Ipſi quoqꝫ fidelium preſules eundez veneratiōis modū habeāt atqꝫ feſtum ſanctiſſime matris anne in ſuis dyoceſibus celebrari ab oībus inſtituant Indulgētias ad anne cultū fidelibus cōferāt fraternitates ad eius honorem cōfirmēt. oꝛonū libamīa eius noī

impendant Abbates quoqꝫ et ceteri monachoꝝ rectores in ſuis cenobijs memoriā anne deuote celebrent. capellas ꝛ altaria con- ſtruant. ꝯtinuas ad eā oꝛones fundant. Ceterarū itē religionuꝫ duces. et fratres idē ꝓpoſſe faciāt. et a cultu tante matris nullo vnqꝫ tꝑe tepeſcāt Vos aūt o carmelitici ordinis ꝓfeſſores. qui titulo beatiſſime dei genitricis et vꝰginis marie antiquiſſimo pri- uilegio ſpecialiter eſtis inſigniti. vos oportet annā ſanctiſſimam ſingulari deuotiōe venerari et amplecti. de cuiꝰ filia venerabiles eſtis nūcupati. Cauete ergo ne in cultu matris vnqꝫ ſitis tepidi qui ab eius filia tanti honoris nomē eſtis ꝯſequuti Ceteri quoqꝫ oēs in ſortē dñi electi. ad honorē ſanctiſſime matris genitricꝫ dei aīos vr̄os extēdite. quicq̄d ei poteritis laudis impendite. ꝛ vo- bis ſubiectos vt idē faciant ꝓ poſſe inſtruite. Vos etiam o viri lr̄arū eruditiōe inſignes. quibꝰ abūdat vena lucubrādi. diue mr̄i anne vr̄a dicate ingenia. ad honorē eiꝰ verſu ludite et quātū vo- letis etiā proſa collaudate. Simpliciores vero quibus tardiora ſunt ingenia neqꝫ ad lucubrandū ſatꝫ apta. reſcribant cuꝫ deuo- tione q̄ ab alijs ſūt edita. legant crebrius et ꝓ alioꝝ quoqꝫ edifi- catione ſctē matris affigant altaribꝰ. Legāt oꝛones eiꝰ honori cō- gruas. legant debitas laudes. legant hymnos carmina et proſas Nullus a laudibꝰ anne vacet. nullꝰ ſileat. nullꝰ tepeſcat. Om̄es gētes xp̄i ſanguine redēpte memoriā anne celebrēt. de cuiꝰ meritꝫ ſpes nobis magna ſalutꝫ ꝑmittit̄ Sꝫ ne deuotis anne cultoribus deſit orādi materia. breuē ſub eiꝰ honore oꝛonē inſtar angelice ſa- lutatiōis añ annos tres fecimꝰ. q̄ a multꝫ nūc et habet̄ et legitur. Satis aūt nobis videt̄ cōueniēs vt ſicut in roſario dei genitricis quinqꝫ oꝛones dñicas et quīquaginta ſalutatiōes angelicas per- ſoluimꝰ. ita quoqꝫ ad honorē ſancte anne faciamꝰ. ſic tñ vt loco aue maris dicat̄ oꝛo nr̄a que ſequit̄. Oratio.

Ve dei genitricis mater venerabilis anna. ſctē trinitati gratiſſima. pre cūctis mulieribꝰ honorata. benedicta tu a domino. et benedicta proles vteri tui. proliſqꝫ virgineus natus hieſus criſtus amen.

Hanc oꝛonē multi ad honorē ſctē anne loco ſalutatiōis ange- lice in roſario ꝯſtituūt. eo ꝙ et breuis ſit et nequaq̄ inutilis. Si cui vero ad roſariū ſctē anne nr̄a oꝛo nō placuerit. legat ſaluta- tionē vt eſt moris angelicā. et in fine poſtq̄ dixerit hieſus chriſtꝰ ip addat hanc clauſulā. Et bñdicta ſit honeſtiſſima mr̄ tua, ſctā anna. ex qua ſine macula caro tua ꝓceſſit vꝰginea amen.

Hanc vͦ clauſulā ſctā dei genitrix cuidaꝫ ſibi deuoto incluſo dr̄ reuelaſſe. Si cui nec iſta placet. faciat ꝓ ſua deuotione oꝛonem aliā beatiſſime matris anne honoribꝰ ꝯgruā. ꝓut melius potu-

erit Sūt ⁊ alia ſácte exercitatiōis plura ſtudia q̄ in vniuſcuiuſq̄ʒ arbitrio et deuotiōe ſūt poſita. Semꝑ mens deuota inueniet: quo ſanctiſſimā annā debitis laudibus honoret. In ieiunijs ⁊ lachrimis. in elemoſinis et oroībus. in venijs ⁊ diſciplinis. in carmine et lectionibus. a nobis eſt honorāda feliciſſima mater. Sʒ offendit nō mediocriter q̄ nullā de ſancta matre anna cōgruentē inuenimus hiſtoriā, que honori et feſto eiꝰ ꝑ oīa cōueniat. Varia enim eſt et nō ſatis. vt multis videt̄. elegās hiſtoria q̄ a multis diuerſimode iā in vſu habetur. tranſeo q̄ tantis meritis minus digna. et in pleriſq̄ʒ locis videat̄ apocripha Neq̄ʒ vna tantū ſed plures inueniuntur. ꝑut vnicuiq̄ʒ viſū eſt addentibus q̄ minus ſunt approbata. Quid dicam de miſſe officio qd̄ ſimili varietate in multꝭ ꝯfuſum cernimus. Cantat̄ a pleriſq̄ʒ officiū qd̄ quidaʒ deuotariꝰ mutatis ſenſibus v̄boꝝ ſed manēte melodia de officio btē marie ſabbatino elicuit. qd̄ deuotiōi minus videt̄ cōducere. dū auditores melodie ſil'itudine decepti nō de ſācta anna ſed de dei genitrice putant celebrari. Si placet materia, mutet̄ ſaltē melodia. Poſſēt tñ hec oīa facile emēdari. ſi alicuius pōtificis auctoritas interueniret. qua freti eruditi in his viri hiſtoriā et officium ſēſu et melodia regulatum et ſcripturis approbatum componerent.

Quod beatiſſima mr̄ anna ſuos cultores multipliciter in hac vita parit̄ ⁊ in futura remunerat

Capi. xiiij

SI crebra miraculoꝝ exhibitio reuerentiā ſanctorū meretur, beata anna maximo honore digniſſima eſt. que deuotis ſuis cultoribus tot ac tāta bñficia quotidie impendit. vt nemo ſit qui oīa poſſit enarare Scimus equidē multa et noua et antiqua ſancte anne miracula. ſed nō eſt noſtri ꝓpoſiti his iā animū intēdere. q̄ in dubiū a multis agnouimus vocari. nō quod falſitatis aliquid in ſe contineant ſʒ qd̄ moderni hoīes qui ſibi docti videntur pleriq̄ʒ miraculis non credant ſed detrahant Noluimus ergo dare occaſionē detrahēdi. neq̄ʒ in ſuſpitionē pñtem exponere tractatū. ne dicerēt non recta nos ſcribere ſed apocripha. Nemo enim intelligit. nemo credit. nemo capit quāta deus amatoribus ſācte anne quottidie bñficia ꝯferat niſi quē deuota experiētia informat. Scimus aūt per inuocationē ſctē anne multos viros potētes eruditos nobiles et ignobiles. v̄gines et mulieres. iuuenes et ſenes. a maximis tribulationibus ſepe liberatos. a periculis ereptos. in neceſſitatibus mirabiliter adiutos. Multos etiā vtriuſq̄ʒ ſexus hoīes religioſos

et ſeculares a grauiſſimis tentationibus carnis et ſpūs meritis
anne multociens cōperimꝰ liberatos. alios in egeſtate et paup-
tate conſtitutos. per anne ſuffragia inopinata abunde ꝓuiſos
alios de graui calamitate eſſe curatos. Quis enūeret quāti a ꝑni-
cioſa mentis triſticia et melancolica pijſſime matris anne adiu-
torio ſanati ſūt. Quanti quoqꝫ inter aduerſa ſecuri. inter hoſtes
et latrones impauidi. inter maris pericula tuti euaſerunt Anna
mater ſanctiſſima multos ſibi deuotos a diuerſis temtationibꝰ
ꝯſueuit eripere. a peſtilētie ꝯtagione liberare. a varijs quoqꝫ in-
firmitatibꝰ curare. Quis enarret quātos a peſſima deſperatione
ad ſpem miſcd̄ie reduxerit. quātos a duriſſima peccati conſuetu
dine ad penitētie ſemitas reuocauit. quātos in religione et extra
tepide conuerſantes igne diuini amoris inflāmauit. Eius meri-
tis et ſuffragijs in ꝑtu mulieres a periculis alioquī vicine morti
liberate ſunt. multi etiam a ſententia perpetue damnatiōis ſicut
legimus erepti. Deniqꝫ nonnullos cultores ſuos ab infamie op-
probrio cuſtodiuiſſe dicit᷑. alios a deſperata egritudīe. nōnullos
a vinculis et carceribus. quoſdā etiā a mortis imminentis peri-
culis liberaſſe memoratur Legimus etiā meritis eius ad vitam
nonnullos de morte reuocatos. alios in mortis articulo per eam
clemētiſſime viſitatos, et anteꝙ̄ relinquerent mundū factos iā
de celo ſecuros. Sepe etiaꝫ obtuſa quorundā ingenia illūiaſſe dr̄
vt qui ſine eruditiōe prius deſpecti fuerant. multis poſtea fierēt
in admirationē. Oratores quoqꝫ in dicendo ſepe lapſos intantū
inuocata roboraſſe dicit᷑. vt non ſolū ꝯſtantes. ſed etiā inuenirēt
ſe factos in perorando promptiores. Amiſſa igit᷑ deniqꝫ ꝑ anne
inuocationē legimꝰ mirabiliter eſſe inuenta. Sed quid nitor in
immēſū. Nā ſi mihi ferrea vox eſſet lingueqꝫ centū. nō oīa anne
bn̄ficia ꝑcurrere poſſem. quibꝰ ſuis ꝯſueuit ſubuenire cultoribꝰ
Tot vō eiꝰ īueniunt᷑ bn̄ficia. quot hūane vite extant incōmoda
De quacūqꝫ tribulatiōe cū deuotiōe ad eā q̇s clamauerit. potēs
eſt impetrare auxiliū. Flāmas carnalis ꝯcupiſcentie extinguit.
ꝑnicioſā mentis triſticiā in gaudiū ſalutare cōuertit. vite neceſſa
ria tribuit. bonā et pulchrā famā cuſtodit. Mulieres ꝑiclitātes
in partu liberat. dolores mitigat. demones fugat. In tribulatiōe
laborātibus inuocata ſubuenit. peregrinātes ad patriā reducit
clamātes ad ſe miſeros exaudit. Oīa dare nouit. qui chriſtianuꝫ
hominē petere licet. Tantū ſi deuota fides cōmendet orantem.
De om̄ibus vero que in genere ꝯmemorando dūtaxat ꝑſtrinxiꝰ
exempla ſpecialiter facta in promptu habemꝰ. quibꝰ nō incerta
ſcribere. ſed facta in veritate poſſemꝰ enarrare. Verū nō eſt nr̄i
ꝓpoſiti hiſtoriā texere. ſed laudes diue matris anne quanta po-

cerimus ſimplicitate declarare Nec eñ ꝓpter miracula colẽda
dixerim. ſed in deũ pietatẽ. Tot ac tanta de beata mr̃e anna mihi
innotuere miracula. vt ſi oĩa vellem ſcribere. cogerer hunc tra-
ctatum nimiũ ampliare. Oĩm miraculoꝝ maximũ eſt: ſi meritis
eius cõpunctionez veniã peccatoꝝ noſtrorũ mereamur accipẽ
ſi malam conſuetudinem vincere: ſi ad eternam vitam peruenire
In hunc finem nobis et non alium colenda eſt.

De fraternitate beatiſſime matris anne quꝫ vtilis et necẽaria ſit maxĩe nr̃is temporibꝰ. Capi. xv

Quia nouiſſimis his diebus refrigeſcente charitate
multoꝝ abundat iniquitas: neceſſariũ nobis valde
ẽ fratres mei: vt ſicut pene quottidie peccando la-
bimur: ſic quoqꝫ per crebra ſancte exercitatiõis ſtu-
dia in bona voluntate omi die renouemur Nulla eñ tam ſancta
vnqꝫ fuit inſtitutio moribꝰ hũanis: que cũ tpe a pmitiuo feruore
nõ tepuerit. Sic oẽs religionũ ordines ſucceſſu tpis deficiẽtes a
pma ſui inſtitutione receſſerũt. qui niſi maioꝝ induſtria. ad ſemi-
tas vite regularis ſepius fuerint reformati: ſꝑ in deformitate ſua
pmanerẽt. In chriſtianis quoqꝫ ſile agit. q hodie a pmitiua fidei
inſtitutiõe lõge defeciſſe inueniunt. Ubi eſt nũc priſtinꝰ nr̃e fidei
feruor. Ubi deuotio populi Ubi ſctã conuerſatio ſacerdotũ Re-
friguit charitas. et oĩa religiõis ſtudia pariter cum illa ex hoibꝰ
vt plurimũ perierunt. Quis credat quãtuz chriſtiane fidei mali
mores iacturã intulerint. Ecce deo ꝓpter ſcelera hominũ pmit-
tẽte. infideles ſarraceni. thurci. tharteri ceteriqꝫ catholice fidei
hoſtes. aſiam. affricã. greciã. helleſpontũ. magnam europe ptez
trucidatis chriſtianis in ſuã poteſtatẽ redegerunt. adeo vt vice-
ſima pars orbis que olim fuit hodie non ſit chriſtiana. Et reuera
niſi omipotẽtꝭ dei miſeratio reliquias in europa dimiſſas ꝯſeruet
breui de criſtiano noĩe factũ erit. Cum ergo nr̃is pctĩs ꝑgrauati
non ſimus dei miſericordiam impetrare ſufficientes. ſanctorum
ſuffragia ſedulis orationibus nobis imploranda ſunt. vt eorum
meritis placatus ineternus arbiter veniã nobis et pacem con-
cedat quam non meremur. Et ne deuotio ex tempe vt moris eſt
deficiat. magna cura elaborandum eſt. quatenus mutua cohor-
tatione fratrum perſeuerantiam conſequatur. Hinc mos in dei
eccl'ia laudabilis inoleuit. vt fideles ꝯgregatiões in honore quo-
rundam ſanctorũ inſtituant. quas pro augenda deuotiõe frater-
nitates vocant. Sic faciunt milites ad honorem ſancti Georgij
Sebaſtiani martirꝭ ſagittarij. Jacobi apoſtoli ex galicia pegrini

Nunc ergo ſi iſtas ſileſcꝫ ſctōꝝ fraternitates ad impetrandam
dei miſericordiā populo credim⁹ vtiles. q̄ in memoriaꝫ btiſſime
dei genitricis et anne ſctiſſime matris ei⁹ inſtituunt̄ incōpabilit̄
confidim⁹ meliores. Quāto eñ dei mater cū ſua venerabili geni-
trice meritis et ſanctitate reliquos in celo ſanctos precellit. tāto
fraternitatis nomī eius dicata locuꝫ retinet eminentiorē. Unde
pia deuotione moti fideles. vt eā promptā apud deū aduocatam
merent̄ habere ſub noīe roſarij ad honorē ei⁹ fraternitatē inſti-
tuerunt. que iā per diuerſas mūdi regiones adeo vulgatata eſt
vt nulla pene ſit prouincia in qua nō plures habeant̄. Cōſiderā-
tes aūt deuoti btiſſime anne cultores q̄ ex his fraternitatib⁹ de-
uotio fideliū multū poſſit ꝓficere. exemplo roſarij laudabilē cō-
gregationē ad honorē ſancte matris anne cogitauerūt erigere.
quatenus nomen et laudes tante patrone ad multorum noticiā
valeant ꝑuenire. Cepit itaqꝫ hec ſancta fraternitas in Oſnabur-
genſi dyoceſi. et ꝑ Cunradū dicte eccl'ie pontificē ante hoc ferme
decentium ſub friderico tercio confirmata. miraculiſqꝫ vt fertur
comprobata. valde multiplicata eſt. Deinde rumuldus de Lau-
pach prior conuentus carmelitarū. Franckfordeñ. maxim⁹ diue
matris anne cultor et amator ad inſtantiā quorundā notabiliuꝫ
inſtitorꝫ eandē fraternitatem in predicto ſuo cōuentu inſtituit
quā Bertoldus de Henneberg eccl'ie magūtine reuerēdiſſim⁹
archiepſul ꝯfirmauit. ſūmuſqꝫ potifex innocētius octauus anno
pontificatus ſui octauo eandē apl'ica auctoritate approbauit Et
quidē digna inſtitutio. vt fratres carmelite qui titulo beatiſſime
dei genitricis ſpecialiter ſunt inſignes. in matris quoqꝫ laudib⁹
exiſtant prōptiores Magnus hodie et copioſius pſonaruꝫ nūerꝫ
vtriuſqꝫ ſex⁹ in hac fraternitate eſt. qui mira et multa ꝓ honore
ſctē anne q̊ttidie faciūt et impēdūt. Sed in diuerſis locis hec ea-
dem veneranda fraternitas a fidelibus erigit̄. et congrua deuo-
tione celebratur. Inueniunt̄ tamen huius honorande fraterni-
tis ſicut ab initio oīs boni detractores. qui eam impio dente lace
rant. ꝑdita p̄ſūptiōe impugnāt Quid vobis in hac fraternitate
ſanctiſſima diſplicet. o ꝓbam detractores. Quid contra eā habe
bitis. Proferte vt audiam⁹ Dicitis. Superſticioſe ſunt iſte fra-
ternitates. quoniā fidē catholicā infirmā reddūt. debitū. deo cul
tum ſubtrahunt. obedientiā eccl'iaꝝ parrochialiū contemnunt.
Inſuꝑ. inquiunt. oblationes conſuetas ac debitas ſuis ſacerdo-
tibus negāt. monachis et fraternitatibus ſuis copioſa munera
offerūt. et eccleſias ſuas matrices vacuas ⁊ ruinoſas dereliquūt
Hec ſūt capita partis aduerſe. crimīa accuſatiōis inique. obi-
ecta detractiōis ſcelerate His ꝑ ordinem nos breuiter rūdemus

Fraternitas iſta beatiſſime mr̄is anne. nō eſt ſupſticioſa. ſicut vos dicitis o impij calūniatores. ſed eſt vera. ſed recta. ſed ſctā in q̄ dei cultus non minuit̄ ſed augetur. obedientia nō ſpernit̄ ſed cōmendat̄ Fides etiā catholica nō infirmat̄ ꝑ ſctām fraternitatem iſtam ſicut vos putatis ſed renouatur et defendit̄. dum ꝑ ſancte charitatis exercicia vt formata ſit illuſtrat̄. Quod vero ꝓchiales eccl'ias deſertas gemitis. veſtris eſt non mediocriter imputandū delictis. qui lac et lanā de ouibus dn̄i exigitis. ipſas tamen oues nō paſcitis vt oportuerat imprimis. neqꝫ cuſtoditis Quid vobis oblatiōes negari fingitis. qui multis diuicijs abundatis Omnium paſtor paſtorꝝ vicarius chriſtus eſt. ſi fideles voluerit eſſe in audiendis miſſis liberos. non eſt qui valeat eum ꝓhibere Vos monachorꝝ priuilegia non oīa vidiſtis. neqꝫ videbitis Quis neſciat ꝙ pro marſupijs veſtris bellū cōtra ſanctas fraternitates geritis. et monachos non amore dei. ſed auri laceratis. Ecce ſummus pontifex fraternitatem iſtam confirmauit. ecce magūtinus archiepūs Bertholdus quo nō ē ꝑſtantior alter eā auctoritate ordinaria approbauit. et vos inſipientes adhuc murmuratis Ceſſate obſecro ceſſate ab hac ſtulticia. et nolite rep̄hēdere qđ tātos pōtifices cognoſcitis approbaſſe. Credite mihi nō eſt bonū ↄtra ſctōs dei linguā extēdere. nō eſt bonū tantorꝝ hoīm deuotionē erga ſctāꝫ annā velle ꝓhibere. Cōfuſioni maxīe appropiat qui os ſuū contra ſanctā annā laxat. Si verbis meis nō creditis obſeruate eos qui tales ſūt et vera me dixiſſe experiētia cognoſcetis. Temerariū eſt reprehendere bonū. quod ad ſalutē multis cernit̄ prouenire. Multa ex huius feliciſſime fraternitatis celebratione bona deuotis hoībꝰ ꝓueniūt. quibꝰ ab ea extranei vt plurimū vacui exiſtūt. Ad charitatem quoqꝫ dei et ꝓximi cultores ſuos allicit. fraterne dilectiōis ↄcordiā facit. a vicijs et pctīs reuocat. ad ſupne felicitatis amorē deſideriū inflāmat. Trāſeo quot miſſe quot orōnes quot elemoſine. quot ſctā opa in hac fraternitate q̊tidie fiūt. q̄ alioquī penitꝰ intermitterent̄ Vtinā oīpotēs oīm criſtianorꝝ corda ad ſilia deuotiōis exercicia illuminet. vtinā ad hāc fraternitatē rite colendā oīm mētes inflāmet. quanta deuotio. quāta pax. quātaqꝫ in eccl'ia catholica concordia redundare poſſet Enimuero ſi omnes in hanc fraternitatē cōcurrerēt fieri poſſet vt amore ſancte matris anne a mutuis iniurijs deſiſterent. et in obſeruantia mandatorꝝ dei alacriores redderent̄ Vera etenī fraternitas. fraternū colit. et nutrit amorē. nec deuotio patitur eſſe diſſimiles. q̊s obſeruātia tante ↄgregationis in amore ſanctiſſime anne fecerit concordes O quis det vt hec ſancta fraternitas ꝑ totū chriſtianū orbē diffuſa celebret̄. vt oēs fideles in

amorē diue anne rapiant. et dū ſe in vnitate ſancta puenivnt. a bellis et contumelijs mutuis ob tante patrone reuerentiā quieſcant. Vtilis plane ac ſemper honorāda fraternitas. q̄ fidē opib⁹ format. ſpem erigit. charitatē excitat. deuotionē inflāmat. Per eā nanqʒ torpor a mētibus fideliū excutitur. et feruor ſancte nouitatis inſpiratur. Qui hanc oppugnat inſanit. qui contra eaʒ loquitur. dementi dementior eſt. qui illam deſtruere nitit. ſaluti inuidet chriſtiane. Multa quidem pro laude huius ſanctiſſime fraternitatis adhuc dicenda fuerant. niſi me rei familiaris occupatio ſibi vendicaſſet. Que aūt in aduerſarios eius a me dicta ſunt non inuehendi animo ſed corrigendi emendandi intentione ſūt prolata Confido tamen paucos eſſe. qui ſe contra ſanctā matrē et eius fraternitatē opponant.

Concluſio huius operis et excuſatio inſufficiētie auctoris cū exhortatiōe fraternitatis Ca. xvi.

Quamuis plura de laudibus ſctiſſime matris anne propoſuerim a principio deſcribere tamē abhinc iā mihi placuit ceſſare. ne ſi tractatum in immenſum extenderē deuotionē lectoris nimia plixitate ſuffocarem. Oportet enī eos q̄ alijs cupiūt pſuadere breues ſermone inueniri. et ſentenciaꝝ maieſtate copioſos. A primo nequaqʒ me confido deuiaſſe. quid vero in ſcdo peregrim. iudicabūt hi q̄ nraʒ qualēcunqʒ lucubrationē lecturi ſūt. Satis feci pmiſſioni mee. ſatis quoqʒ feci amicis. ſed neqʒ deuotioni mee. neqʒ dignitati materie ſatiſfactū eſt. Plus volui q̄ʒ potui. et minus feci q̄ʒ volui Deniqʒ quis annā beatiſſime dei genitricis parentē. dignis laudibus venerari ſufficiat. Fateor itaqʒ de ſanctiſſima matre me loqui indignum. qui ſum homo peccator et delictis inuolutus a iuuentute mea. Neqʒ tamen tacere a laude eius potui. quia mihi neceſſitas incumbebat. et vehementer pcibus amicoꝝ vallata vrgebat deuotio. At poſteaq̄ʒ hucuſqʒ ventū eſt. excellentia materie impacientē caloris eſtatē oppreſſit me vt āmodo ſilentio honorare debeam quam laudare non ſufficio. Quecunqʒ autem in hoc opere a me dicta et ſcripta ſūt. ſancte romane eccl'ie atqʒ omnibus catholicis eruditis viris ſubicio. a quorum diffinitiue nūquā diſſentire intēdo. Quicquid ſacroſancta romana eccleſia credendum determinat. mihi fides firmiſſima erit. Poſtremo ſermonem ad vos conuertimus amici. cultores. fratres et ſorores ſanctiſſime matris Anne rogantes vt ea que ad laudem tante matris a nobis ex magna deuotione ſcripta ſunt. in bonam partem accipientes. ſanctam patronā deuotis orationibus

pulſetis. quatenus nobis ſolita pietate ſubueniat. culpas abluat virtutes impetret. vitam eternam obtineat. Exhortamur etiam vt in amore et fraternitate ſanctiſſime matris ꝑſeuerare curetꝭ ꝯtinuis eã laudibꝰ honorãtes. quatenꝰ meritꝭ eiꝰ culpꝭ abſoluti hic tranquillã et poſt hanc vitã agitis eternam.

Explicit liber dn̄i Johãnis tritemij abbatis ſpanhemenſis ordĩnis diui patris benedicti de laudibꝰ Sancte Anne.

Sequit̄ Tetraſtichon de ſctiſſima matre Anna.

w Poznaniu

Johannis tritemij abbatis
ſpanhemenſis Tetraſtichon de ſanctiſſima matre anna

Virginis almifice mater venerabilis anna
Excellens meritis. et pietate potens
Nemo triſtis abit qui te colit et veneratur
Fers cunctis placidam quippe ſalutis opem

Diſtichon eiuſdem quod poſuit ad ymaginem ſctē anne.

Quiſquis in aduerſis ſanctam pulſauerit annam
Deuotis precibus. is bene tutus erit

Cunradi celtis protucij. poete laureati
Tetraſtichon de ſancta anna.

Nullius anna preces vnq̄ʒ dimiſit inanes
Sed tulit optatam candidā ſemper opem
Ergo piam matrem multo cumulemus honore
Nullius vacuas que ſinit eſſe preces

Theodorici greſemundi iunioris maguntini
Tetraſtichon ad ſanctam annam

Virginis anna parens ſalueto fauſta marie
Ordiri noſtre digna ſalutis opus
Que per te cepta eſt humana redemptio queſo
Continues precibus crimina noſtra tegens
Rodulphi langij Canonici monaſterienſis
Diſtichon de ſancta anna

Magna parens audi fecunde virginis anna
Pregnantes vtero que tibi vota ferunt
Jodoci badij gandenſis Tetraſtichon de ſctā anna

Anna decus mundi. mater genitricis hieſu
Pro nate meritis det tuus aſtra nepos
Primitias noſtre parens ſancta anna ſalutis
Nos cum prole tua cumq̄ʒ nepote iuua

Rodulphꝰ agricola in ſuo de ſctā anna carmīe inter alia ſic.

D i

Anna parens ſumme genitrix veneranda parentis
Que pandis populis prima ſalutis iter
Te cuncti fugiunt morbi palorqꝫ dolorqꝫ
Noxia queqꝫ animo. corpe queqꝫ ſedent
Quicquid id eſt hominum quod curas cordaqꝫ laſſat
Te fugit. vt ventos nubila pulſa ſolent

Rutgerus venrai Canonicus regularis
baynenſis ad ymaginē ſancte anne

Hic profunde preces deuote poplice flexo
Anna parens vbi cum prole beata ſedet
Ne dubita capies quicquid rogitaueris ipſam
Namqꝫ potens precibus iugiter anna nitet

Einſdem diſtichon de ſancta anna
Anna parens hieſu chriſti genitricis aueto
A nobis petimus omne repelle nephas

Jodoci beiſſellij patricij aquenſis roſariuꝫ de ſancta anna Ad reuerendum patrem dn̄m Johannē tritemiū abbatem ſpanhemēſem ordinis diui patris benedicti.
Quiſquis hoc roſarium ad honorē beatiſſime matris anne pro deuotione legere voluerit. p̄mittat orōnē dn̄icam cum ſalutatiōe ſancte anne quā ſemꝑ poſt duos verſus repetat que quidē ſalutatio eſt vt ſequitur.
Ave dei genitricis mater venerabilis anna: ſancte trinitati gratiſſima. p̄ cunctis mulieribus honorata. bn̄dicta tu a dn̄o. et bn̄dicta ꝓles vteri tui. ꝓliſqꝫ vgine᷒ nat᷒ ih̄s xp̄s amen.
Pater noſter Aue dei.

Anna tuas liceat miſero mihi promere laudes
Nam tibi ſi pateris ſerta roſaſqꝫ feram Aue
Anna nites regum inde veneranda propago
Atqꝫ etiam ioachim coniuge clara pio Aue
Anna diu ſteriles fleuiſti in coniuge amores
Vnica nuptarum gloria. et vnus honor Aue
Anna pia ſobolem nec vanos queris in vſus
Sed colat vt ſancta poſteritate deum Aue
Anna tibi etherea celer aſtans nunccius aula
Gaude ait en ſobolem mater habebis ouans Aue.
Anna feres ſobolem tanta virtute beatam
Vt cum virgineo mater honore micet Aue.

Anna feres gratam quem non capit orbis
Ipſe libens ſubeat viſcera caſta deus Aue
Anna tuo tandem ſurget de ſanguine ſanguis
Qui fuſus miſeris ſpem ferat uſqꝫ reis Aue.
Anna tuum decuit tanta expectatio partum
Haud facile eſt matrem matris haberi dei Aue
Anne tue ſobolis laudes ſuper aſtra volabunt
Te q uoqꝫ felicem ſecula cuncta ferent Aue
Pater noſter. Aue dei.
Anna mali puram tu concepiſſe mariam
Crederis. et ſanctam mox habuiſſe deo Aue
Anna aluo geſtas quam ſignauere figure
Venturam. ſancti quam cecinere patres Aue.
Anna geris clauſam paradiſum. arborē vite
Felicem. et cuncto ruris honore ſacram Aue.
Anna grauis geſtas ortum quem flammeus enſis
Cuſtodit cherubin nocte dieqꝫ calens Aue
Anna geris florem qui candida lilia vincat
Et violas humiles coccineamqꝫ roſam Aue
Anna moſayca inte deprehenditur archa
Etherei panis aurea et vrna iacet Aue.
Anna geris ſponſam veri ſalomonis. et omni
Gemma exornatam intus et extra domum Aue
Anna geris templum cuius penetralia dulces
Impleuere ſoni. muſica et omnis ouans Aue.
Anna geris velum pulchra ſub ymagine. patrum
In ſe geſta tenens. quod tegat alta dei Aue
Anna geris ſobolem cuius phebi aurea veſtit
Flamma caput. niueos candida luna pedes Aue
Pater noſter Aue dei.
Anna exoptate compos iam facta marie
Pectore vix toto gaudia aborta capis Aue.
Anna recens nate plauſerunt cuncta marie
Sidera. et inſolitum fluxit ab axe iubar. Aue.
Anna tui fetus natalem credere fas eſt
Te circum angelicos concelebraſſe choros Aue
Anna tuum partum manes ſenſere profundi
Lux noua tunc ſtygios terruit ipſa lacus Aue.
Anna parens dubitas manibus contingere gnatam
Sole magis rutilā luminibuſqꝫ poli Aue
Anna quid etheream metuis tractatare puellam
Arridet matri. triſtia nulla facit Aue

w Poznaniu

Anna capeſſe animos en lactea ad vbera tendit
Gnata. manus teneras; et tua colla petit. Aue.
Anna moras rumpis. mammas et pectora nudans
Excipis in tenero membra tenella ſinu Aue.
Anna foues gnatam. dulceſqꝫ a pectore ſuccos
Ore trahit roſeo murmura grata ſonans Aue.
Anna feret quantos ſi ſcires; gnata dolores
Quotqꝫ ferat mortes. tu modo nulla fores Aue.
Pater noſter. Aue dei.
Anna tibi eſt cordi gnatā exornare probatis
Moribus. et ſummo compoſuiſſe deo Aue.
Anna paras celſo gnatam importare delubro
Sponte ſed ad ſuperum pertigit alma gradum Aue.
Anna citam lento ſequeris greſſu atqꝫ labore
Solatur feſſam promptula virgo matrem Aue.
Anna quid in tenera miraris virgine robur
Non humana vides. ſed pia ſigna dei Aue.
Anna ſoles inopi et ſacris dare munera templis
Nunc das quo mulier plus nihil vlla dedit Aue
Anna vbi ſacratam voluiſti degere gnatam
Clauſtra libens ſubijt virgineamqꝫ domum Aue.
Anna piam miſſura: genas et lumina fletu
Conficis. immotam te tenet altus amor Aue.
Anna domum repetas. gnatam dimitte tonanti
Nil niſi venturum cogitet illa hieſum. Aue.
Anna per ethereos volitet tua nata receſſus
Occupet hanc ſummo culmine miſſus amor Aue.
Anna duas ſatis eſt tibi deſeruire marias
He quoqꝫ non modica te pietate colent Aue.
Pater noſter. Aue dei.
Anna tuo fletu docta es ſuccurrere flenti
Hinc miſerum votis tu quoqꝫ prompta faues Aue
Anna ſoles ratas nature vertere leges
Sicqꝫ voles. ſterilis ſit modo leta parens Aue.
Anna etiam fluxe fortune munera ſitis.
Ne fugiant noſtros lapſa repente ſimus Aue.
Anna fugas dedecus. das pulchre munera fame
Tu luctus releuas. et tibi cedit amor Aue.
Anna iuuas ſeu quem terret vis hoſtica. ſeu quem
Carceris obſcuri vincula ſeua tenent Aue.
Anna leuamen ades ſidum mortalibus egris
Te duce languenti perdita vita redit Aue.

Anna parens timido te inclamat nauita fluctu
Si iactent laceram flatus et vnda ratem Aue.
Anna parens nigro es ſemper metuenda tiranno
Vt glacies ignem te fugit ille nocens Aue.
Anna abs te nequeant mortalia pectora fruſtra
Poſcere. quodqꝫ voles gnata deuſqꝫ volet Aue
Anna igitur meritis et tanta prole beata
Anna parens noſtras reſpice magna preces Aue

Oratio poſt roſarium dicenda

Omnipotens ac piiſſime deus. qui beatā annā in genitricis filij tui matrem eligere dignatus es. concede ꝓpicius vt qui memoriaꝫ eius fideli deuotione percolimus. eius meritꝭ et precibus eterne vite ſuffragia conſequamur. Per e.

Explicit roſariū Jodoci beiſſellij vtriuſqꝫ iuris ꝓfeſſoris patricij aquenſis ad reuerendū prēꝫ dn̄m Johānē tritemiū abbatē ſpanhemenſem ordinis ſancti benedicti. Ex aquiſgrani tercio idus Aprilis Anno M.cccc.xciiij.

Ade wernheri themarenſis Carmen de ſanctiſſima anna Ad. r. p. dn̄m Johannē tritemium abbatem

In laudes auie pangimus inclite
Cordis plectra ieſu chare nepos moue
Nec tu nata canenti
Deſis caſta parens choro.
Regū ꝓgenies anna viro durat
In fecunda diu ſe ſterilem gemit
Prolem flendo precatur
Nec fruſtra lachrime fluunt
Promittunt ſobolem nuncia celica
Pregnans iuncta viro. deinde puerpa
Nata prole probatur
Per quam noſtra venit ſalus
Jeſſe ſic viruit ſtirps venerabilis
Exit virga ferax germine fertili
Cuius flore refecti
Vita morte reuiuimus
Hoc partu ioachim ſiſtere delubris
Fit dignus. remouens pontificis probra
Sic nos anna nepoti
Puros ferre preces para

Commendes puero quem pia caſtitas
Nate parturijt. nos prece poſcimus
O matrona beata.
Criſtus nil tibi denegat.
Criſto qui ſocius. cum patre flamini
Regnat gloria ſit ſecula per omnia
Quem dant conciliatum
Nobis o anna tue preces Amen

Canitur aūt iſte hymnus ſub nota illius qui in natiuitate ſctē marie a multis frequentat̄ eccleſijs . et incipit Gaude viſceribꝰ mater in intimis ꝛc̄. Ex caſtro heydelbergenſi. iij. kalendas. Februarij. M. cccc. xciiij.

Johannis herbſtluterburgenſis. Carmen ſeu hymnus de ſctā anna Ad r. p. dn̄m iohānē tritemium abbatem.

Gaude que miſeris anna refugium .
Oramus. canimus. carmina promimus
In feſto pia ſis germine cum tuo
Laudes nunc tibi dicimus
Gaude terra nitens gramine fertilis
Et de pluta madens rore deifico
Ex qua nata fuit purior ethere
Virgo criminis inſcia.
Gaude que fueras ſemine regio
Jam concepta viro dedita duxeras
Celebs coniugium prole carens diu
Voto facta puerpera
Gaude que opprobrio pontificis rubith
Es confuſa. deum fletibus inuocas
Exaudita virum ſuſcipis obuium
Porta dicta ſub aurea
Gaude que ioachim leta tibi obuium
Amplexata virum doctaqꝫ numine
Celeſti. genitrix ſicqꝫ hieſu tuo
Conceptatur in aluulo
Gaude ſimplicitas angelico ſagax
Que laudata choro. et ſecta trifarie
Templo diuidis et pauperibus bona
Et partem famulis tuis
Gaude plebs celebrat feſta fidelium
Ut patrona ſibi. et cum patre ſpiritum

Et criſtum genitum tuq; rogatibus
Reddas anna propicium. amen.

Hymnus iſte melodiā illius recipit q̄ de aſcenſione dn̄i canit̄ ſcʒ Feſtum nunc celebre ꝛc̄. Et illius de martiribus Sanctorum merit⁹ inclita. ꝛc̄. Ex heydelberga t̄cio nonas februarias Anno M. cccc. xciiij.

Rutgeri venraij Canonici regularis in heyna. Wormacenſis dyoc⁹ Carmen elegiacū de ſancta anna.

Splendoris patrij. candoris lucis intacte
 Virginee matris ſplendida mater aue
Tu diuam domino genuiſti ſancta puellam
 Ex qua lux mundi prodijt alma hieſus
Tu nate genitum conſtanter fare nepotem
 Quamuis ipſe polos fecerit atq; ſolum
Carne nepos tuus ipſe hieſus. ſummam deitatem
 Coniunxit carni. nam deus eſt et homo
Ergo licet ſemper fuerit hieſus attamen optat
 Dignaturq; nepos dicier eſſe tuus
Talem ne dubites precibus pulſare nepotem
 Anna rogamus que cuncta rogata feres
Ad primas faciles ſi non inflexerit aures
 Ad gnatam cicius anna recurre tuam
Obera demonſtret nato tua filia chriſto.
 Protinus optatum deferet alma parens
Si multum fuerit oratu difficilis res
 Cum genitrice ſua filia poſcat opem
Firma fides mea nec dubito quin protinus ambas
 Orantes dn̄s audiet aure pia
Quare continuis fratres oratibus anne
 Marieq; ſimul poſcere oportet opem
Conſtat ſi matrem domini genitricis honores
 Ex titulas matris virginis ipſe colas
Rurſus ſi matrem domini venerare. liqueſcit
 Ex domino laudes in genitrice pares
Sit nate gnato laus virtus et decus anne
 Et ſummo patri ſpirituiq; ſacro. Amen.

Carmen ſaphicum Johannis tritemij abbatis ſpanhemenſis in die ſancte anne

Feſta ſacrate celebremus anne.

Matris excelſe meritis opime
Que dei patris geniti parentem
Edidit orbi
Cuius a nobis venerāda ſemper
Vita laudatur merito beata
Dote ſignoꝝ miſeris leuamen
Mentibus augens
Lāguidos ſanat. mala cūcta purgat
Corda meſtoꝝ iubilo ſerenat
Apta ꝯponit. regit et gubernat
Aſpera planat
Prepotēs ſūmi reſidens in aula
Regis. abſterget maculas p̄cata
Graciam confert. animas fideles
Ducit in aſtra.
Hic frequētantes tua feſta fratres
Vota promentes. bona te precantes
Adiuua ſerua. refoue. guberna
Inclita mater
Sit decus virtus ſupero tonanti
Qui deus ſimplex pariterq; trinus
Glorie magne tribuit coronam
Iugiter anne. Amen.

Hymnus iſte ſaphicus canit̄ ſub melodia Vt queāt laxis ⁊c̄ Vita ſctōꝝ Virginis ꝓles. Quod choros vatum Iſte ꝯfeſſor. et ſimilium qui ſaphici ſunt tantum. Ex ſpanhem. Nonis Iulij Anno dn̄i. M. cccc. xciiij

Iohannis tritemij abbatis ſpanhemenſis
Carmen elegiacum de ſancta matre anna.

Premia quanta ſuis referat cultoribus anna
Nemo capit mente nec valet ore loqui
Aſpera propellit. veniam impetrat. auget honoris
Ornamenta ſuis. et facit eſſe polo
Contra multa nimis comitantur acerba parentis
Anne ſpretores. proſpice praue tibi
Proterit elatos. deponit honore potentes
Et ſinit vt magna ſcandala ſepe ferant
Hoc patet et fixum manet. anna colentibus offert
Leta. ſed infenſis triſtia plura refert

Ergo viri moneo tante ſeruite patrone
Femineuſq; chorus aſſit amore ſimul
Conſtat et exemplis liquido quod ſcribimus. aures
Concipiant patule quod pia corda iuuat.
Ex ſpanhem. xvi. kalēdas auguſti. M. cccc. xciiij

Carmen ſaphicū rutgeri ſiccambri.
pro hymno in laudem ſancte anne

Pangimus laudes veneranda tuas
Anna. laudantum modulis faueto
Impetrans cunctis veniam. ſalutis
Premia donans
Tu parens chriſti genitricis anna
Etheris ſumma renitens in arce
Obtines quicquid genitum precaris
Cunctipotentis
Languidos ſanas. maculoſa tergis
Compotes voti famulos fideles
Efficis. tandem tribuis ſupernum
Scandere regnum
Moribus ſummum dominum probatis
Anna flexiſti precibuſq; multis
Vt daret tante fieri parentem
Prolis in orbe
Sit patri ſummo. genito ſuperno
Pneumati ſacro decus et poteſtas
Claritas virtus pietas vigorq;
Omne per euum

Euſdem aliud

Virginis matris genitricis anne
Sedulas laudes reſonemus omnes
Viribus totis. animi medullis
Voce ſonora
Illa prufudit generi miſello
Labe ſordenti genitricis eue
Nobilem prolem radians iubar que
Edidit orbi
Lumen hoc mundi tenebras nigrantis
Expulit. cunctos radians ſuperna
Luce. ceu ſanctus reſonat iohannes
Codice ſacro
Anna diuine genitrix puelle

Cuius appellas genitum nepotem
Carne dumtaxat. populum precantem
Spernere noli.
Virgo pro nobis rogitantis anne
Matris intente precibus faueto
Tu nepos hieſu facilis precatum
Eius adimple
Filio nate genitricis anne
Cum deo ſumma decus et poteſtas
Pneumati compar ſit honor beato
Tempus in omne

Carmen eiuſdem aliud iambicum dimetrum
quod canitur ſub melodia hymnoꝝ ambroſij.

Anne colamus cernui
Feſtum beate. debitas.
Grates canentes vocibus
Et intimis precordijs
Hec mater alme virginis
Que protulit mundi iubar
Hec que deo virtutibus
Se reddidit gratiſſimam
Noxas repellit grãm
Confert ſuis precatibus
Morbos leuat deterrimos
Tam corporis quam ſpiritus
Huius in laudes rex poli
Tibi ſonoris cantibus
Natoqȝ ſimul flamini.
Depromimus laudes pias. amen.

Carmen alcinanicum eiuſdem quod canit̃ ſub
melodia. Crux fidelis. vel Pange lingua.

Hec caterna voce votis
Et pijs precordijs
Feſta gliſcit anna mater
Tam preclara promere
Mitis adſis deprecamur
Temet collaudantibus
Tu parens matris marie
Tu deo gratiſſima

Legis orſa conſeruaſti
Quam moyſes patribus
Quondam contulit vetuſtis
Hebreiſqꝫ plebibus
 Dona mira gracioſa
Impetrans fidelibus
Deprecatu complacente
Alti patris filio
Egros ſanas et pudica
Preſtas eſſe pectora.
Te pater rogamus atqꝫ
Filium cum flamine
Vt des gaudioſa nobis
Laudes concinentibus
Inclitas predulcis anne
Matris alme ꝟginis. Amē

Carmen Rutgeri venrai germani canonici regula
ris heynenſis in librum de laudibus ſancte anne

Quiſquis eris lector preſtantis codicis huius
 Pone metum vanum. friuola nulla tenet
Hunc miro grauidum ſenſu. dulcemqꝫ lepore
 Abbas tritemius edidit arte ſua
Libris inuigilans. cuſtos ſpanhemenſis ouilis
 Qui triplicis lingua ſcripta ſacrata colit
Hic titulos anne plenos rationis et arte
 Inuenies. tantum pectore volue pio
Non ſequitur vanas paſſim dubiaſqꝫ fabellas
 Eloquij ſacri clara fluenta docet
Ergo precor laudes dignas venerabilis anne
 Quas tibi vir doctus prompſit amando lege

Ohannes tritemius abbas ſpanhemēſis: lectori ſa lutem. Cuꝫ nuper ad amicoꝝ inſtantiā ſcribere ali quid de laudibus ſanctiſſime matris anne ſtatuiſſē patres quidam de ordine fratrum beate marie ſp virginis de monte carmeli rogabant. ne defenſionem puriſſime pceptionis mariane obmitterem. Itaqꝫ precibus eoꝝ et alioquī iuſta ratione perſuaſus. ſeptimū huiꝰ opis caput. de conceptione

dei parētis et v̓ginis p̄notaui. qđ ne quiſquā aliter ꝙ̄ mea habet
intentio ſuſcipiat. lectorem putaui admonendū. Noui eñ nec
me fugit ꝙ̄ multi ſanctiſſimi atq̄ doctiſſimi viri oliȝ dei genitricē
ſubiacuiſſe originali macule ſcripſerūt. qui longe ante baſilienſe
conciliū. claruerūt. Hoꝝ ego ſententiā tpi cōcedēs penit⁹ intac-
taȝ pertrāſeo. nihilq̄ oīno ꝯtra eos dicē vel ſcribē intēdo. Eni-
uero ſiq̄d a me durius dictū cernit̃. nō inopinātes aliter ꝙ̄ nos.
ſed ipꝯtinaces dūtaxat referat̃. q̄ ſine eruditiōe garriētes alteri⁹
opinionis aſſertores appellare hereticos nō verent̃. Et hoc v̓ba
mea inſinuāt. q̄ p̄ns tps et nō p̄teritū notāt. Quod eñi dico quid
ſtolidi latrāt. qđ imperiti murmurāt. p̄ntis tpis eſt. nō preteriti
et hodie ꝯtinaces arguit nō antiquit⁹ aliter opināntes. Interro-
gans vero q̄s erudit⁹ vnq̄ȝ ꝯtrariū ſcripſerit. nō de antiquis pa-
tribus infero. ſed de his q̄ poſt determiatiōnē p̄fati concilij aliter
opinant̃ intendo. Itaq̄ ſolā ꝯtinaciā quorundā imperitoꝝ hui⁹
tpis. nō opinionē eruditoꝝ quorumcūq̄ aliter ſententiā arguo
quippe qui ſixti quarti pōtificis maximi declarationē nō ignoro
Mihi aūt viſū eſt a ſancta romana eccl'ia nullatenus abhorrere
puriſſime conceptionis fideȝ. quā illa credit et venerat̃. qđ hodie
mltis documētis oñdit̃ Deniq̄ cū doctorib⁹ gymnaſioꝝ. parieñ
colonienſis. heydelbergenſis. erfordenſis. wineñ. liptzēſis. tho-
wingenſis. engolſtatenſis. baſilienſis. magūtinenſis. aliorumq̄
multorum et omnibus pene ordinibus chriſtiq̄ fidelib⁹ per vni-
uerſum orbem criſtianum diffuſis. ꝯceptionem dei genitricis et
virginis marie purā venerari nō timeo. ꝯtinaciā tñ nō admitto
ſed romane eccl'ie obedire in oībus vt matri reuerendiſſime om
nium eccl'iaꝝ volo. Hec prefati capitis mei pura et ſyncera in-
tentio eſt. in quo nulli ſobrie et ſine pertinatia opinanti derogatū
exiſtimo. Lector vale.

Hec epl'a p̄fati dñi Johannis abbatis ex incuria et negligētia
quibuſdam exemplaribus deeſt. quā ipſe tamen apponi oībus
mandauit. et pro appoſita ſingulis haberi decreuit.

Impreſſum Liptzk per Melchiar Lotter.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAN